BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
8
47.MA
18

SVMMA

DOCTRINAE CHRISTIANAE,

per quæſtiones cathechiſticas luculenter tradita, multis in locis locupletata, & poſtremò recognita.

AVCTORE D. PETRO CANISIO Societatis IESV Theologo.



COLONIAE,
Apud Maternum Cholinum.
M. D. LXXXVII.
Cum Priuilegio Cæſ. Maieſt.

AD SENATVM
POPVLVMQVE COLONIENSEM, PETRI CANISII THEOLOGI.
PRAEFATIO.

MITTO advos Catechiſmum, ſiue, vt ego dicere malui, Chriſtianæ doctrinæ ſummã, Lectiſſimi Ampliſſimique Viri: opus quidem puerile, vt nonnulli fortaſſis exiſtimabunt. & antè hac ſæpius editum: ſed quod viros etiam exerceat, & cui ſupremam ego manum nunc tandem impono. Cùm autem ante decennium Viennæ verſarer, et laudatiſſimo Regi Ferdinando, qui poſtea Cæſar declaratus eſt, à ſacris eſſem concionibus. hoc ego qualecunque opus, vt ingenuè fatear, eodem Principe ſic poſtulante conſcriptum. in lucem primùm dedi. Caſas edendi repetere nõ attinet. vt quas optimu ille Mecœnas in ſuo vel diplomate, vel edicto, quod operi præfixum extat, in medium profert. Neque mihi hoc vitio vertendum puto, quòd idem

liber abſque Authoris nomine prodierit ſæpe. etſi poſtea Veneti & Galli, dum opus recudunt me quidem inſcio, nomen meum adſcripſerūt. Ego verò talis tātique Principis qui facilè primas in Germania tenebat, tū authoritate, tum mandato contentus, Deo magis quàm hominibus conatum hunc noſtrum comprobare volebā. Nam & nominis expreſſi additamento id futurum prouidebam, vt multorum in me odia concitarem, & virulentos calamos acuerem. Adeò nihil ferè tam exactum & elaboratum nūc editur, quin Momos ilicò reperiat, & crabones vltrò irritentur. Neque ſanè mea me feſellit opinio: quod verebar, euenit. Ita neque nomē ſtudioſè ſuppreſſū, neque ſeruata vbique ſtyli modeſtia, cùm ſæpe aduerſarios inſectari potuiſſē, profuit. quo minus clā & palā huius laboris ergo morderer atq; proſcinderer, Chriſto interim Opt. Max. qui et ipſe cùm ageret optimè, audiuit à ſuis peſſimè, gratias ago ſingulares, quod me dignum fecerit latratibus atque morſibus ſectariorum, præſertim quorum iam damnata

ta eſt, & poſteris execranda erit memoria in Eccleſia Dei, horum ſæuas in me ſententias & iniquas damnationis leges ſurdis veluti auribus prætereo. Etenim ab eccleſiæ catholicæ hoſtibus, multarumq; hæreſum patronis reprehendi, quid eſt aliud quæſo, quã commendari, & bonũ eccleſiæ ciuem magis magisque bonis omnibus comprobari? Nos quic quid hic ſcripſimus, non quæſtus, mercedis, aut gloriæ cupiditate pellecti: non hominis odio vel amore prouocati, ſed quod ſanctè iurare poſſumus, Religionis & veritatis illuſtrandæ ſtudio permoti. & ab illo Cæſare impulſi ſic ſcripſimus, vt Catholicorum, & præcipuè Germanorum commodo publico inſeruiremus. In ſcribendo autem non ſanè noſtrum, aut vllius priuatum, ſed communem Eccleſiæ Catholicæ ſenſum & conſenſum ſecuti ſumus, ac ſequi porrò ex animo deſideramus. Si quis verò eſt imbecillior, quàm qui aduerſariorum iniquam de libro cenſuram poſſit negligere, hic primùm cogitet ſecum cauſam quæ oppugnatur, cum vniuerſa eccleſia, quæ Catholicæ

nomen meretur, nobis eſſe coniunctam: deinde maiora & plura quidem nobis fauere, quàm obſtare ſuffragia intelligat, Loquor autem de ijs teſtibus. quos omni exceptione maiores Cæſar in ſua præfatione produxit, nimirum Principes, Magiſtratus, Curias Gimnaſia: nam ab his librũ eundem ſtudiosè legi, legendumque proponi. & publicè defendi, nobis etiam tacentibus paßim res ipſa declarat. Verùm imprudenter ago fortaßé, qui ſanctæ ſimplicitatis oblitus, hæc perſequor, velut ſatis non habeam Eccleſiæ ſanctæ authoritate fulciri, ſed hominum quoque fauorem & iudicia morer. At cupio ſane, quoad eius fieri poteſt, infirmorum vitare offendiculum, & prouidere bona (vt Paulus iubet) non ſolum coram Deo, ſed etiam coram hominibus. Igitur veniam ab omnibus, qui recte & candide iudicabunt, me haud grauatim impetraturum cõſido, quod in hac editione nomen meum profitear, cùm idem in exemplaribus non paucis iàm ante (vt dixi) editis circunferatur, cùm & Cæſar hoc perte in ſuo edicto expreſſerit, cum demũ et

lege

lege ſit cautum eccleſiaſtica, vt liber nullus abſque authoris nomine & inſcriptione probetur. Cæterũ in hac edtione aut potius operis recognitiõe ingenue fatebor, id accidiſſe mihi, quod alijs ſæpe doctoribus vſu venire ſolet, vt ad ſenſum illuſtrandum iuuandumque lectorem nonnulla immutauerim, multa etiam adiunxerim. Quod ſtudium æquis quidem cenſoribus moleſtum eſſe non poteſt, vt qui re ipſa ſæpe comperiunt, haud temerè iam olim dictum eſſe illud. Poſterio ra conſilia meliora. Quanquam per nos etiam licet, ſi quibus ita lubet, vt prior editio retineatur. Nam vtranque Catholicam & in aſtruenda veritatis doctrina conſentientem eſſe, docti deprehendent. Acceſſit porrò huic editioni tractatio, eaque momenti nunc ſanè maximi, de hominis lapſu & iuſtificatione, quemadmodum Tridentina Synodus grauiſſimè docuit ac præſcripſit. Nos veluti lac paruulis præbuimus, dũ prima & faciliora Chriſtianæ doctrinæ ſeu capita, ſeu elementa percurrimus. A lacte por ro ad ſolidiorẽ cibum. hoc eſt a Catechiſmo

ad præclaram & abſolutam hanc de Iuſtificatione doctrinam ſunt adducendi, qui velut ephœbi in Chriſto grandeſcunt, & ſublimiora quædam pietatis dogmata poſſunt capeſſere. Nec video ſanè, quid tanta de re grauius, commodius, abſolutius et neceſſarium magis in medium poßit adferri, quàm quod eſt à Synodo dicta profectum, nimirum, vt veritatis de Iuſtificatione doctrina, quæ maximè oppugnatur, ſincerè conſeruari ac integrè defendi queat.

Sed iã tempus eſt, vt ad vos redeã Præſtantiſſimi Viri, qui rem veſtra quidem humanitate dignam; mihiq́ pergratam feceritis, ſi opus hoc recognitum, vt dixi multisq́ in locis locupletatum, quod reuerenter à me nomini veſtro nuncupatur, æqui boniq́ conſulatis. Neq́ verò mihi deſunt cauſæ huius nuncupationis. Primùm enim cupiebam obſeruantiæ ac gratitudinis erga vos meæ teſtimonium aliquod exhibere, vt qui multis annis in ſpectata Repub. veſtra verſatus, cum liberalium artium, tum ſacræ Theologiæ ſtudijs apud vos operam de-

derim

derim. Adhæc Catholicum opus eiuſmodi Patronis vel maximè cõmendandum erat, qui de re Catholica præclarè meriti, ingentem ſuæ pietatis ac defenſæ religionis gloriam eſſent conſecuti. Vbi non prædicabo, vt ſanè poſſem, Rẽpub. veſtrã, quæ nõ fruſtrà tot ſeculis hoc inſignitur elogio, vt inter Germanicas omnes iure quodam ſuo dicetur, & ſit FELIX *Agrippina Colonia, ſanctæ Romanæ eccleſiæ fidelis filia. Parũ ſit, Vrbem veſtram in Romano imperio nulli ſecundam, ſanctorũ Martyrum ſanguine mirificè cõſecratã, fortunis ac opib⁹ abũdantem cernere, mirentur alij vetus apud vos gymnaſium, & celebre emporium. Ego verò in primis hoc nomine vobis gratulandũ, ſummasq́; ſummo Deo gratias agẽdas eſſe duco, quòd Apoſtolico præconio iam olim Romanis delato vos quoq́; dignos redditis, vt fides veſtra in vniuerſo mundo annuntietur. Igitur, vt auitam, certam, et integram religionem conſeruetis, quo nihil habetis aut ſanctius, aut antiquius, impijs quidem nouationibus ac prophanationibus*

nullum in Rep. veſtra locum relinquitis, ſecta rios autem horumque conatus qui vobis ſæpe inſidiantur, non minus prudenter quam forti ter profligatis, tum præclaro veſtræ pietatis zelo id pficitis, vt cum alibi paßim diſtracta ſint religionis ſtudia, et ſectæ inter ſe prorſus diſſectæ peſtilenter vigeant, tamen apud vos cor vnum et anima vna, vnum etiã ouile ſub vno paſtore vſque perſeueret. Ita demũ re ip ſa declaratis, haud temerè dictum eſſe ꝙ au thor vetuſtus, et veritatis comprobandæ ma gis, q̃ ſtyli ornandi ſtudioſ⁹ memoriæ pdidit cum vrbem veſtram his verbis iam in eccleſiæ veſtræ vſum receptis, commendauit: Poſtq̃ fidem ſuſcepiſti ciuitas pnobilis, recidiua nõ fuiſti ſed in fide ſtabilis Inuideant hãc vobis felicitatem illi q depoſitum à Paulo cõmen datum non cuſtodiunt, ſed in aliud quoduis Euangelium quàm quod apoſtoli annuntia- runt, transferri ſe patiuntur, neque raro fi- dem perinde ac monetam commutant, De- *um immortalem ex animo precor vobis vt hanc gratiã et fidei conſtãtiã, qua prelucetis Germaniæ, perpetuam eſſe velit. Coloniæ A- grippinæ ferijs Epiphaniæ Domini Anno, Virginei partus. M. D. LXVI.*

ILLVSTRISSIMO.

PRINCIPI AC DOMINO D. *Guilhelmo, Rheni Palatino, & vtriuſque Bauariæ Duci Patrono benigniſſ: Petrus Caniſius.* S. P. D.

COGOR *hoc loco repetere, quod ſum iam antè teſtatus illuſtriſsime* GVILHELME *Princeps, me videlicet Viennæ primùm quòd ita poſtularet Sereniſsimus Cæſar* FERDINANDVS, *hoc quicquid eſt operis, in lucem ediſſe, ac editionis illius exemplar Coloniæ poſtea recognouiſſe, vt quædam in illo tum pleniora, tum illuſtriora ad publicam vtilitatem efficerentur.* Cuius quidem *operæ qualiſcunque demum illa fuit, nondum me ſane pœnitet, ſed Clementiſsimo* Deo: *qui perrennis bonorũ fons eſt omniũ, hoc nomine gratias ingentes ago quod ſuperiori editioni ſimul & recognitioni maiorem*

rem adhuc ſucceſſum tribuerit, quàm ego vel optare, vel expectare auſus fuiſſem. Nã & Principum maximorum edicta, & doctiſſimorum hominnm teſtimonia, & primariorum Gymnaſiorum ſententiæ, & plurimorum tum domeſticorum, tum externorum, ſuffragia ſæpè multumque declarauerunt, ſibi doctrinam huius libri catholicam & orthodoxam probari talemque videri Catechiſmum, qui tum ad docendum, tum ad diſcendum in templis & ſcholis eſſet accommodatus, omniũq. manibns vtiliter euolueretur, & idcirco in varias etiam linguas non temerè conuerteretur. Quæ nobis præſenti loco dicuntur. non vt ipſi noſtra iactemus, quod eſt inprimis odioſum, neque vt hominum fauorem & gratiam in hoc genere vel aucupemur, vel magnifaciamus, id quod à pia ſimplicitate ducimus alienum: ſed quod præſentem veritatis confeſſionem à nobis exprimat atque adeo extorqueat aduerſariorũ meledicentia, vt id quod res eſt, quodque publicé cõſtat, id ad Dei gloriam nõ poſſimus nõ proferre, palamque profiteri, Nec

enim

enim ignoramus, quàm latè pateat, quantamque obtineat vim præceptū illud Apoſtolicum, quo iubet Paulus doctorem eccleſiaſticum bono eſſe teſtimonio commendatum, ſuamque famam ob docendi miniſterium & Eccleſiæ ædificationem, quoad eius fieri poteſt, integram conſeruare. Vix autem vel ego verbis conſequi poſſem, vel alius quiſquam credere, quam virulento ſtudio meum hoc inſtitutū oppugnarint illi, qui hac ætate quiduis potius, quàm catholici & dici & eſſe contendunt. Quibus enim calumnijs & authorem et opus non onerarunt? quot libris vltro citroque conſcriptis hunc vnum Catechiſmum non ſunt petulantiſsime inſectati? nihil vt illis moleſtius accidere videatur, quàm quòd cernant vel inuiti, ex hac ipſa inſtitutione ſuum lac præberi paruulis Eccleſiæ, & hoc velut Chriſtianæ doctrinæ compendio & præceptores plæroſque ſimul & diſcipulos de pietate Catholica vtiliter inſtrui atque admoneri. Ego verò hactenus me libenter compreſsi, vt iſtiuſmodi obtrectatoribus nihil reſponderem,

eoque

*eoque ſilentio me ſapientibus comprobatu-
rum ſpero, quod Apoſtolico canoni faciam
ſatis. Nam æquiſſime cauit illud Paulus,
REDIMENTES tempus quoniam dies
mali ſunt: qui præterea eccleſiaſtico doctori
hanc legem ſapientiſſimè tulit, SERVVM
Dei non oportet litigare. Atqui rerum om
nium pretioſiſſimum tempus vtique non re-
dimerem imò verò perderem, ſi horas in de
pellendis iſtorũ oblatrantiũ calumnijs, et in
meris ſæpe nugis refellendis collocarẽ. A liti
bus verò et altercationib. temperare ſibi vix
poſſit, qui ad contumelioſum & tragicum hoc
ſcriptorum genus, quod ita nouis plærumque
litibus ſicut Salamandra igne paſcitur, ve-
lit deſcendere, ac ſtultis interdum ſecundum
ſuam ſtultitiã reſpondere. Accedit quod in
ſcriptis aduerſarij, quæ vulgi tantum iudicio
ſubijciuntur, nihil propemodum adferri cer-
nã, in quo magis hic liber, quàm reliqui à Ca
tholicis hactenus editi Catechiſmi incuſetur
atque reprehendatur: vt propterea non ma
gis vnius quam totius eccleſiæ cauſã commu
nes illi infeſtique catholicæ religionis inimi*

mici oppugnare videantur. Adhæc omni reſpondendi labore me iam leuarunt, opinor, Colonienſes, qui nuper admodum è probatiſsimis quibuſque patribus teſtimonia collegerunt, et horum authoritate atqua conſenſu totum hoc opus adeò illuſtrarunt, nihil vt ſanè ad confirmandam libri doctrinam aptius adferri, atque ad profligandam ſimul contra dicentium vanitatem oportunius excogitari potuiſſe vrgeatur. Qua in re vtilē ſanè iamquē à multis prædicatā operā nauauit Petrus Buſæus, q́ pro ſua ſingulari eruditione aſsiduoq́ ſtudio omnes Catechiſmi partes ex veneranda illa antiquitate ſic exornauit atque communiuit, vt de diuini verbi concionatorib⁹ et de Catechiſtis, omnibuſque Chriſtianæ pietatis & doctrinæ ſtudioſis hominib. optime meritus eſſe exiſtimetur. Neque verò ignoro, Catechiſmum extare Romanum, rara quidē illum eruditone refertum, ac digniſsimum plane, qui non ſolum præ reliquis omnibus in prætio habeatur, ſed in quotidiano etiam atque perpetuo Eccleſiæ vſu retineatut. Cæterùm

cùm

cùm is liber nonnullis & difficilior, & prolixior videretur, quàm qui ad rudiorum intelligentiam eſſet accomodatus, Parochis quippe conſcriptus eſt, non peſſime quidem illi cogitarunt, qui totum opus in epitomen, aptamq́; methodum ad ſcholarum vſum, contrahendum iudicârunt. In quo genere nunc ſcripta quædam compendia circunferuntur & commendantur, quibus per nos quidem ſua conſtet gloria. Nec enim vel prohibemus vel inuidemus, quin quod ab illis optimis viris eſt editū, operi noſtro etiam anteponatur. Verùm enimuerò alij alijs, quemadmodum in cibis, ſic etiam in libris & authoribus delectantur, & vſus rerum magiſter docet, doctrinæ à varijs traditæ collationem haud parum prodeſſe ſtudioſis, vt hinc ſæpè multis acuatur iudiciū, veritasque ipſa & rectius perſpiciatur, & certius confirmetur, modò quæ adferuntur, ad fidei Catholicæ analogiam haud malè conueniant, & ab authoritate ſanctæ matris Eccleſiæ, quæ columna & firmamentum veritatis in dei verbo dicitur, nulla ex parte

te diſcedant. Atq; huc pertinet, quod ſapienter admonuit Auguſtinus, vtile nimirum eſſe, plures libros à pluribus fieri diuerſo ſtylo, non diuerſa fide, etiã de quæſtionib. eiſdem, vt ad plurimos res ipſa, quæ orthodoxè tractatur, peruenire poßit.

Viſum autem eſt mihi, cum hac noua libri editione, quæ in vſum ſcholarum inclytæ BAVARIAE *parabatur, nouam coniungere præfationem, eamq; tibi generoſiß. Princeps inſcribere: partim vt opus quod ſub tui nominis auſpicijs in publicum prodit, illis reddatur commendatius, ad quorum perueniet manus: partim vt officium quoq; meum hac occaſione declarem, quod Bauaricæ domui veſtræ, ſi vllus ex noſtris alius, ego quidem in primis debere me confiteor. Sunt enim anni modò plus minus viginti, quod in ſpectabili academia veſtra Ingolſtadiana & Theologum & Eccleſiaſten cepi agere, veſtrãq; interim in noſtræ Societatis homines inſignem libertatem ac illuſtrem munificentiam multis in rebus ipſe cognoui, & ſum pro mea quidem parte*

fre-

frequenter expertus. Memini ſane, cum primum in Bauariam veniſſem, quo me fauore ac ſtudio exceperit auus ille tuus clariſſ. idẽque Princeps optimus D. GVILHELMVS cuius tibi nomen diuinitus impoſitum fuiſſe arbitror, cum eiuſdem virtutes heroicas & Catholicam in primis pietatem hactenus tam foeliciter ſis imitatus. Et eſt ſanè cur mecum boni omnes agnoſcant & agnoſcendo ſingulares DEO OPT. MAX. gratias agant, cum Bauariæ Principibus felicitatem cælitus contigiſſe, vt præ alijs tam multis & magnis heroibus ſuam in orthodoxa fide ſynceritatem, in vera pietate conſtantiam, in ſubditorum gubernatione ſapientiam integram atque perpetuam hucuſque conſeruarint. Quo etiam factum eſt, vt ijdem non modò ſeſe familiamque ſuam, ſed & ampliſſimam ditionem ab eo Euangelio, quod viri ſanctiſſimi, planeque Apoſtolici, LVCIVS & RVPERTVS in Bauariam primi intulerunt, diuelli & abſtrahi ratione nulla paterentur cũ qua conſeruatæ religionis purita-

tate illas dotes, illa præmia mirabiliter coniunxit Deus, quæ aliæ prouinciæ Bauaris inuidere poſſunt; vendicare autem ſibi, vt plane arbitror, æquè non poſſunt: ſiue ſpectes in fide & religione conſenſionem, ſiue in ſacris ædibus ſtabilitatem animaduertas, ſiue virtutem & miracula Dei, per Sanctos adhuc operantis intuearis, ſiue antiquæ nobilitatis ſplendorem requiras, ſiue eccleſiaſtici politiciue ordinis amplitudinem, fortunasque cōſideres, ſiue monaſteriorum multitudinem et integritatem quæras, ſiue ſubditorum erga ſuos principes reuerentiam obedientiamque perpendas, ſiue demum publicæ pacis communisque tranquillitatis diuturnitatem animo verſes. Præclara ſunt hæc & diuina proculdubio munera, quæ pij omnes vt gratis animis prædicant, ſic eò libentius etiam Bauariæ gratulantur, quod in illa, velut in fertiliſſima terra Geſſen, filios Iſrael ab impijs Aegyptijs ſegregatos colligat Deus, & collectos tranquille gubernet, ac tueatur, multisque modis ſua cælesti illos benedictione dignetur, ad clauum

interim

nterim ſe dente Ioſepho ſapientiſſimo, cuius virtus & induſtria in communi ſummaque calamitate depellenda. Reipublicæ ſic profuit vt non modò fratrum eſſet Dominus, ſed et mundi ſaluotor publice ſalutaretur. Cæterum vt eò vnde ſum digreſſus redeam. quandoquidem ego tot iam annis vnà cum hac exigua nominis IESV Societate familiæ veſtræ inſeruio, meque cum noſtris omnibus illi penitus obſtrictum agnoſco, facere non potui Illuſtriſſime Princeps , quin recentem hanc operis editionem tali tantoque Patrono nuncuparem, ac meam in illum obſeruantiam hoc qualicunque teſtimonio publicè declararem. Precor igitur etiam atque etiam, vt quemadmodum antea opus Chriſtophori Clauij noſtri mathematicum hilari fronte excepiſti, ſic librum hunc Catechiſticum, quem reuerenter ad te mitto, eadem excipias humanitate, & noſtros demũ tibi familiæque tuæ vniuerſæ pro tua in nos ſumma beneuolentia perpetuò commendatos & charos eſſe ſinas. Dominus IESVS te incolumem, do

mum

mum veſtram beatam, regionem verò Catholicam in Bauaria ſartam atque tectam diutiſſimè conſeruet. Dilingæ VI. Calendas Februarij, Anno poſt Chriſtum natum.

M.D.LXXVI.

Quod Ieſu Chriſto ſemper gratum, formandis piè animis ſalutare, Chriſtianæ Reip. & poſteritati conmodum ſit: iuſſu & auctoritate ſingulari opt. maximorumq́ue Principum D. Ferdinandi Auguſti Cæſaris, & D. Philippi potentiſsimi Regis, proponatur legatur & teratur catholicus hic Catechiſmus.


IHS

CHRISTIANAE DOCTRINAE CAPVT PRIMVM DE FIDE ET Symbolo fidei.

I.

Quis dicendus eſt chriſtianus?

QVI IESV CHRISTI *a* veri Dei & hominis ſalutarem doctrinam in eius *b* Eccleſia profitetur.

Omnes proinde cultus & ſectas, quæ extra Christi doctrinam & Eccleſiá vbiuis gentium repe-riuntur, vt eſt Iudaica, Ethnica, Mahometica, Hęretica, dãnat & deteſtatur penitus, qui verè Chriſtianus eſt & in ipſa Chriſti doctrina firmiter acquieſcit.

a Act. 11. d. 1. Pet. 4. d. *b* Athan. cõt. Arr. orat. 2. Cyp. ep. . . lib. 4. & . . ſimp. pra l. Ignat. ad Magneſ. Aug. tract. 113. in Io. & ſer. 181. de tẽp., cap. 12. Item in Enchi. cap. 5. Tert. lib. de pudi. & pſ. hære.

II.

Quo compendio Chriſtianam doctrinam licet complecti?

VT nimirum Chriſtianus ea norit & obſeruet, quæ tum ad *a* ſapientiam, tum ad iuſtitiam ſpectant. Sapientia, vt Auguſtinus *b* oſtēdit, circa virtutes verſatur Theologicas, *c* Fidem, Spem & Charitatem, quæ & diuinitus infunduntur, & cum in hac vita pure maximeq́; excoluntur, beatos homines diuinoſq́; reddunt. Iuſtitia vero *d* duabus partibus, declinatione a malo, & boni operatione, abſoluitur. Huc enim ſpectat, quod Propheta inquit regius: *e* *Diuerte à malo & fac bonum.* Iam ex hiſce fontibus, ſapientiæ ſcilicet & iuſtitiæ, non difficulter hauriuntur cætera, quæcunque Chriſtianæ quidem inſtitutioni atque diſciplinæ congruunt.

a Eccle. 1. d

b Li. 2. Retract. ca. 63. & Enchr. ca. 3.

c 1. Co. 13. d 12, 3.

c Cor. 13. d

d Proſ. ſententent. 65. ex Auguſt.

e Pſal. 33. c & 36. c. 2. Pet. 3. b.

III.

Quod primum traditur in Doctrina Chriſtiana?

Fides

Fides, ianua illa noſtræ ſalutis, ſine qua Deum inuenire & inuocare, DEO ſeruire & placere nullus in hac vita poteſt. *a Credere* enim *oportet accedentem ad Deum,* inquit Apoſtolus: *qui b verò non crederit, condemnabitur, & ciam iudicatus eſt,* ex Chriſti ſententia.

Rom 10. Hebre.11, Aug. ſer 38 de temp. & ſerm.1. de ver. Apoſt. Leo ſer.4. de Nat.do. a Heb.11.b b Mar.16.c c Ioan.3.

IIII.

Quid fidei nomine intelligitur?

DEI a donum & lumen, quo illuſtratus homo, firmiter aſſentitur atq; adhæret ijs, quœ vt credantur ſunt diuinitus reuelata, & ab Eccleſia nobis propoſita.

a Ephe.2.b Heb.11.a Baſ.in ſer. de fidei cōfeſſ. Bern. epiſt 190. Aug. cont. ep. fundamenti ca.5

Cuiuſmodi ſunt, Deum eſſe tri a num & b vnum, e nihilo c creatum mundum, Deum, factum eſſe hominem, & pro hominibus mortē ſuſtinuiſſe, Mariā d & virginē, & Dei matrē exiſtere, mortuos omnes ad vitam excitandos eſſe, hominem ex aqua & Spiritu ſan-

b.1.Ioã.5.b c.Gene.1.a Ioan 1.b Lucæ 2.a Rom.5.b d Cōcil. Epheſ. Cant.13. Lucæ 1 c 1.Cor.1.g

ſancto regenerari, totum Chriſtũ in c Euchariſtia cõtineri, & id genus alia religionis noſtrę venerãda myſteria: quæ diuinitꝰ reuelata, non humani f ſenſus captu cõprehendi, ſed fide duntaxat percipi poſſunt.

Vnde Propheta: *a Niſi credideritis*, inquit, *non intelligetis*. Non enim ſpectat fides naturæ ordinẽ, non ſenſuum fidit experientiæ, non potentia aut ratione humana, ſed virtute & authoritate diuina nititur, illud planè certum habens, ſummam æternamq; veritatem, quæ Deus eſt, nec falli poſſe vnquam, nec fallere.

Quamobrem id fidei vel maximè proprium eſt, vt in b captiuitatem redigat omnem intellectũ in obſequium Chriſti, apud quẽ non eſt difficile, nedum impoſsibile, c omne verbũ. Hæc fides lumen eſt animæ, oſtium vitæ, fundamentum ſalutis æternæ.

Ioan. 3. b
e Cõſtãtiẽ. Florẽt. Triden. Cõcil.
f. Eccle. 3. c
2. Cor. 10. b
a Eſa. 7. b. ſecundũ 70. Baſ. in Pſal. 115. & ſumma 80. moral, ca, 22. Grego. ho. 26. in Euãgel. Chryſ. in 1. ad Corint. ho. 4.
b 2. Cor. 10 b.
c. Luc. 1. c Hier. 32. d
d Euſ. Emiſſę. ho. 2. de. ſymb. Cy. ril. catec. 5. Illum. Chryſ. ſer. de fide, ſpe char. tom. 3 vel 4. Cyril. li. 4. in Ioan. ca. 9.

V.

Eſtnè breuis aliqua fidei complexio ac ſumma omniũ nobis credendorum?

EST illa, quam duodecim Apoſtoli ſuo ſymbolo tradiderũt, quamq; in ſectiones, ſeu articulos duodecim aptè diſtinxerunt: Dignum ſanè opus his *a* authoribus, qui poſt Chriſtum Dominũ Chriſtianæ fidei præcipui & ſanctiſsimi fundatores extitêre. Quod quidem ſymbolum velut illuſtris nota eſt, qua Chriſtiani ab impijs, qui vel nullã, vel nõ rectã Chriſti fidem profitentur, diſcernendi ac internoſcendi ſunt.

a Cle. epi. ad frat. o Amb. epi. 81. & ſer. 38 Aug ſer. de tẽp. 181. Ruffin. in Symb. Iren. li. 1. c. 2. & li. 3. ca. 4. Hier. ad Pammach. aduerſ. errores Ioan. Hiero. Leo ſerm. 11. de paſſ. & epi. 13. ad Pulcher. & ſer. cõr. Eutychetem. Maxi. ſer. de tradit. ſymb. Symbo. explicarunt. Cyril. in catechiſib. illum. Chryſoſt. tom. 5.

VI.

Qui ſunt Symboli huius articuli?

CRedo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ.

II. Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum Dominum noſtrum.

III. Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria virgine.

hom 1.& 2 IIII. *Paſſus ſub Pontio Pilato, cru-*
in ſymb. *cifixus, mortuus, & ſepultus.*
Ruffi. in ſymb. V. *Deſcendit ad inferos, tertia die*
reſurrexit à mortuis.
Aug. in Enchir. VI. *Aſcendit ad cælos, ſedet ad dex-*
Itē lib. 1 *teram Dei patris omnipotentis.*
2 de ſym. VII. *Inde venturus eſt iudicare vi-*
ad cater. *uos & mortuos.*
In li de fide & ſymb. VIII. *Credo in ſpiritum ſanctum.*
ſer. 115. 119. IX: *Sanctam Eccleſiam Catholicã,*
123. 125. 131, *ſanctorum communionem.*
181. 192. X. *Remiſſionem peccatorum.*
103. 194. de XI, *Carnis reſurrectionem.*
temp. XII. *Vitam æternam.*

VII.

Quò maximè ſpectant hæc Symboli verba?

Hier. 9. f. EO certè, vt veram Dei diui-
Ioan. 17 a narumq; rerum cognitionẽ,
1. Cor. 2. a. quæ ad bene beateq; viuendum
1. Pet. 1. b eſt cuiq; neceſſaria, ſuccinctè cõ-
Sapient. 13. prehenſam habeamus.

Vbi primum & præcipuum habet locum agnitio & confeſsio

ſan-

ſanctiſsimœ trinitatis, ne vllo modo dubitetur, Deũ, quo nihil aut a maius, aut melius, aut ſapiẽtius poteſt excogitari, in eſſentia quidẽ ſeu natura diuina vnũ & ſimplicẽ, in b perſonis vero trib9 eſſe diſtinctũ, vt alius c Pater, alius Filius, alius Spiritus ſanctus eſſe, ante omnia certo credatur. Pater eſt, qui ſuum ab d æterno filiũ generat, fons & opifex rerum. Fili9 ex Patris genitus ſubſtantia, mundi redemptor eſt ac ſaluator. Spiritus ſanctus, qui & e Paracletus dicitur, Eccleſię ſeu Chriſtifidelium eſt adminiſtrator. Iam f hi tres vnum ſunt, hoc eſt, vnus, verus, æternus, immenſus & incomprehenſibilis Deus.

a Aug cõf. libr.1.ca, 4.
b. Aug lib. de fide & symb.ca.9.
c Mat.28.d Athan.in ſymb.
d Pſal.109. a, Heb,5.a 1, Ioan.4.c
e Ioan.15.d & 16.b.14. b.d
f 1. Ioã.5.b 1.Tim.1.d 6.d Hier.32. c.d

Pulchre igitur huic ſanctiſsimę ſimul & indiuiduæ trinitati partes ſymboli tres præcipuę reſpondent. Prima nimirum de creatione, ſecunda de redemptione, tertia de ſanctificatione.

Deut.6.a VIII.

Matth.6.b *Quid ſibi vult primus Symboli Articu-*
1.Tim,1.d *lus, Credo in Deum Patrem?*

Gen.1.a OStendit nobis primum, Deum
Eſaiæ 53.a vnũ, & in Deitate prima per-
Iob 37.a.d ſonam eſſe Patrem cœleſtem, æ-
Eccleſ.3.b ternum, potentia, maieſtateque
Lucæ 1.c ſummum, cui nihil factu impoſsi-
Hier.32.c bile ſit vel difficile: qui vitæ ac
a Sap.16.b mortis a poteſtatẽ omnẽ obtinet.
1.Reg.2.b Is ipſe Pater filium b ex omni
b Pſal.2.b æternitate genuit, & nos hoc tẽ-
Heb.1.b pore gratiæ in filios ſibi adopta-
Rom.8.d. uit. Eius tanta vis eſt, vt verbo c
c Pſal.32.b ſolo tã viſibilia, quam inuiſibilia
Coloſſ.1,c produxerit ex nihilo, producta
Matth.6.d vero vſq; conſeruet atq; guber-
Hebrc.13.b net ſumma cum bonitate ac ſapi-
1.Tim.4.c entia: a quo & ad quẽ omnia. Ipſe
& 6.d d Pater luminum apud quem nõ
Rom.11.d eſt tranſmutatio. Pater miſericor
d Iaco.1.c diarum, & Deus totius conſola-
2.Cor 1.a tionis: talis demum ac tantus, vt
Act.14.c. ad e nutum illius ſupera, terre-
e Luc.12.a ſtria, infera ſubito pareãt: quo du
Gen,17.a.b
Pſal.26.a
90.a,124.a
Iob 41.a

ce ac protectore nos in ſummis e- 1. Cor. 10. c
tiam malis atq; periculis illæſi ac Eccleſ. 33. a
tuti conſeruamur.

IX.

Quid habet ſecundus articulus, Credo in Ieſum Chriſtum? 1. Ioan. 5. d Luc. 1. c. 2. b. c.

COMmonſtrat ſecundam in Eſaiæ 9. a
deitate perſoná, Ieſum Chri- Lucæ 4. c
ſtum verum Deum, & verum ho Pſalm. 44.
minem, dictum quidē Ieſum, hoc b. 88. c
eſt, Saluatorē populi ſui: & Chri- Act. 4. c. & 10. f
ſtum, id eſt, vnctum Spiritu ſan- 1. Reg 9. 10.
cto, ac a plenum omni gratia & 16. a. c
veritate, Meſsiam, Regem & Pō- a Ioā. 1. b f
tificem noſtrum, qui primatum Apoc. 17. d 19. c.
tenet in omnibus, & in quo cor- Heb. 3. a 5. b
poraliter inhabitat omnis pleni- 1. Pet. 2. d
tudo diuinitatis. Coloſſ. 1. c

Oſtendit eundem b eſſe filium 2. b
Dei vnicum a Patre natum, ab æ- Epheſ. 1. a d
terno genitum, naturalem, con- Ioan. 10. c Heb. 1. a
ſubſtantialem, & ei prorſus æqua Apoc. 1. d
lem ſecundum diuinitatem: Do- Matth. 28. d
minum vero noſtrum & omnium Dan. 7. d
in ipſum credentium, vt quos ip- Phil. 2. a, b

c.Lucę 13.b ſe c perditos ex ſeruitute ſathanę
f & 1.b. vltro liberauit, quoſq; iugo pec-
Rom. 8. a cati & damnationis obnoxios li-
1. Cor. o.d beraliſsimè redemit.
1. Per. 1. c

Is impijs quoque dominatur:
d Pſal. 8. b. omnia enim d pedibus eius ſub-
Rom. 14. b iecta ſunt. Tum vero maximè Do
e Apo. 9. c minum e dominantium, & Regẽ
17. d regum ſe improbis ac f vniuerſo
f Matt. 25. c mundo palam declarabit, cum ho
1. Cor. 15. ſtes ad vnum omnes quamuis in-
Pſal. 109. a uitus ſuæ ſubijciet poteſtati, ac
g Luc. 3. d veluti g paleam igne comburet
Matt. 3. c. d in extinguibili. Hic dilectus Fili-
17. a 1. d us, hic noſter Emanuel, & audien
Lucæ 20. b dus præceptor: nec aliud nomen
Eſaiæ. 7. c eſt ſub cælo h datum hominibus,
h Acto. 4. b in quo nos ſaluos fieri oporteat.

X.

Quid credendum proponit tertius articulus, Conceptus eſt de Spiritu ſancto?

EVndem teſtatur Dominum, qui iam inde ab æterno ge-
nitus

nitus a Deo Patre ſine matre fuit, Mich. 5. a
propter nos de cęlis deſcēdiſſe & Ioã.1.a.16 f
humanam *a* aſſumpſiſſe naturam, Eſaiæ 53.c
qua temporaliter & cōceptus ſit, Ioan.6. f.
in Nazareth, & ſub Cæſare Augu *a* Gal.4. a
ſto in Bethleē natus ſine patre ex Rom.1.a
illibata virgine, operante ſcilicet Matt.1.c.d
in illa ſic Spirit9 ſancti virtute, vt Lucæ 1.c. d 2.a
(quod admirationem omnem ex Eſaiæ 7.c
cedit) Verbum b caro, & DEVS Hier.31.d
homo fieret, atq; MARIAE ſi- *b* Conc. Epheſ.ca. 13.
mul Dei mater & c virgo eſſet. *c* Hier. in Heluid.

Hęc filij Dei temporalis conce- Amb. in epiſt.81.
ptio & generatio, humanæ ſalutis Ezech.44.
ac redemptionis *a* primordia cō- *a* Ioan.3. a
tinet, noſtræq́; eſt forma regene- 1.Pet.2.a 3.d
ratiõis. Qua fit, vt maledicti Adæ Hebre.2.a
filij de immundo ſemine b conce 7.de
pti, & irę filij nati purificemur: tũ Tit.3.b
vt e carnalibus ſpirituales, ac pla- *b* Iob 14.
ne filij Dei efficimur in Chriſto, Epheſ.2.a
cui Pater æternus cōformes fieri Rom.6. a & 8.
voluit electos, *vt ſit ipſe*, quemad-
modum c Paulus ait, *in multis fra-* *c* Rom. 8.
tribus primogenitus.

Act.10.f XI.

Matth.27.f *Quid continet articulus quartus:*

Marci 15.c *Paſſus ſub Pontio Pilato?*

Eſd.50.c. 53.a.b c Ioan.i.d Heb.7.d, 1.Pe,1.c.2. d.Apo.1.d 1.Tim.6.c. d.Rom.5.b Ioan.15.b a Ioan.3.b 12.e.Ioan. 18.a 19.b Matth.27. Marci 15. Lucæ 23. Ioan.19. Acto.13.d b Sap.2.d Heb.12.a Philip.2.b. Rom.5.b. Matt.27.b Tit.2.d. Galat.1.a Eſaiæ 53,d c 1.Pet.1.c.

OStendit Chriſtum, cum præclaè docendi & miracula pa-trãdi finem feciſſet, ſuum pro nobis, qui perieramus, redimendis agonem tandem abſoluiſſe. Itaq; licet agnus eſſet abſq; macula innocentiſsimus, imo & Deus ſimul immortalis, tamen vt charitatem erga nos ſuam maximam declararet, paſſus eſt ille a volens a ſceleſtiſsimis extrema & acerbiſsima quæque: vnde nec iudicium impij iudicis Pilati quãuis iniquiſsimum, neq; crucẽ b piobroſiſsimum ſupplicij genus defugit, mortem pro nobis crudeliſsimam adiens, & ſepulturam in alieno etiam monumento delatã non recuſans: totum vt ſe viuens moriens donaret atq; impenderet mortalibus.

Quæ Chriſti paſsio, c ſanguis,

crux,

crux, vulnera & mors, peccatoribus cõſolationem, ſanitatem, virtutem & vitá continue exhibẽt, ſi tamẽ paremꝰ & ᵇ cõpatimur capiti, vt ita ſimul & cõglorificemur *Conſummatus enim factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ.*

1.Ioan.1.c Apoc.1. b Epheſ.1. b ᵇ Rom. 8. c 2.Cor.1. b 2.Tim.2.b Heb.5.c

ᵃ Tert. de coro. mil. Baſ. de Spiritu ſancto cap. 27. Aug. de cathe. rud. c. 20. & tract. in Ioã. 118. Naz. a. orat. 1. in Iulian. Hier. ad Euſto. de cuſt. virg. & ad Fabiol. de veſte ſacerdot. Et in ca. 9. Ezec. Chryſ. in 1. com. hom. 12. & 55. in Matt. Tripar. hiſt. lib. 6. ca. 1. Effrem. in ſerm. de S. cruce. Orig. hom. 8. in diuerſ. Euang. Ruff. lib. 1. Eccleſ. hiſt. cap. 29. Nice. lib. 18. cap. 20. Cyril. Catec. 4. & 13. illum. Chryſ. in demonſt. aduerſus gentes, quòd Chriſtus ſit Deus.

XII.

Quis vſus & fructus in eo eſt, quòd crucem Chriſti digitis efformamus, & ea frontem conſignamus?

Hunc ſane ritum & ᵃ veterũ pietas, & conſtans Eccleſiæ cõſuetudo nobis cõmẽdat. Ac primũ hinc excitamur ad gratá memoriá ſummi myſterij atque beneficij, quod nobis in cruce peractũ ac ampliſsimè donatum fuit.

 Deinde

Deinde prouocamur ad veram ſanctamque gloriā & totius ſalutis noſtræ anchoram in cruce Domini noſtri deſigendam.

Eſt hoc pręterea teſtimonium, nos cū inimicis crucis Chriſti Iudęis ac Ethnicis nihil habere cōmune, ſed cōtra hos omnes liberè profiteri quē colimus, Dominum Ieſum hunc crucifixum.

Hoc etiā ſignaculo ad patientię ſtūdium incitamur, vt ſi æternę glorię cupidi ſum9 (eſſe vero debem9 omnes) crucem quā colimus & viā crucis, a duce Chriſto non grauatim amplectamur, Neq; minus arma hinc victricia petimus b aduerſus ſatanā olim crucis virtute poſtratum, imo & cōtra omnes noſtrę ſalutis aduerſarios ita communimur.

Demum vt auſpicatius c ordiamur, & maiorem in reb9 gerendis ſucceſsū experiamur, hoc cru crucis illuſtre trophęū arripim9, &

a Mat. 16. d Lucæ 9. c 1. Pet. 3. c 2. d

b Athan. in vita B. Anton. Hieronym. in vita B. Hilarionis, Igna. ad Philip.

c. Ambro. ſerm. 43.

c in hoc ſigno b victuri, ſæpe di-
cere non dubitamus: In nomine
Patris & Filij, & ſpiritus Sancti.

XIII.

Quid credendũ profert quintus articulus, Deſcẽdit ad inferos, & reſurrexit?

CHriſtũ docet, poſtquã mortu9 eſſet in cruce, ſecundum animam quidẽ ad inferos vſque penetraſſe, tũ vt mortis ac ſathanæ deuictorem, tũ vt Patrum in limbo ſedentium liberatorem ſeſe declararet: ſecundum corpus autẽ, quo iacuerat in ſepulchro, tertio poſt die, cum triumphator ex inferis redire vellet, eundẽ ad vitam ſua vi immortalem ac glorioſum, primogenitum ex mortuis reſurrexiſſe.

Quo admirabrli opere conſolatur ac docet, electos de poteſtate ſathanæ, mortis & inferni liberari, eamq; reſurgẽdi gratiam omnib9 offert atq; cõmendat, vt vere credẽtes in Chriſtum de vitijs

b Euſ. li. 1. de vita Cõſtantini. Nicep. li 8. ca. 3. Et li. 7 c. 47. & 49

Pſalm. 15. b Zacha. 9. c 1. Pet. 3. d Colo. 2. c Eccle. 24. a. Act. 2. d. Oſe. 13. d. Irene. li. 5. in fine. Au. epi. 99. & 57. & li. 20. de ci. dei, c. 15. I- tẽ ſer. 137. de tẽp. Hie. in c. 4. ad Ephe. & in Oſea 13.

Matth. 12. c Heb. 11. d Mar. 16. b. c Ioan. 2. d 1. Co. 15. a. c Apoc. 1. b. d Coloſſ. 1. c

hom 1.& 2 IIII. *Paſſus ſub Pontio Pilato, cru-*
in ſymb. *cifixus, mortuus, & ſepultus.*
Ruffi. in ſymb. V. *Deſcendit ad inferos, tertia die*
Aug. in Enchir. *reſurrexit à mortuis.*
VI. *Aſcendit ad cælos, ſedet ad dex-*
Itē lib. 1. *teram Dei patris omnipotentis.*
2 de ſym. VII. *Inde venturus eſt iudicare vi-*
ad cater. *uos & mortuos.*
In li de fide & ſymb. VIII. *Credo in ſpiritum ſanctum.*
ſer.115 119. IX: *Sanctam Eccleſiam Catholicã,*
123.125.131, *ſanctorum communionem.*
181.192. X. *Remiſſionem peccatorum.*
193.194. de XI, *Carnis reſurrectionem.*
temp. XII. *Vitam æternam.*

VII.

Quò maximè ſpectant hæc Symboli verba?

Hier.9.f. EO certè, vt veram Dei diui-
Ioan.17 a narumq; rerum cognitionẽ,
1.Cor.2.a. quæ ad bene beateq; viuendum
1.Pet.1.b eſt cuiq; neceſſaria, ſuccincte cõ-
Sapient.13. prehenſam habeamus.

Vbi primum & præcipuum habet locum agnitio & confeſsio ſan-

ſanctiſsimæ trinitatis, ne vllo modo dubitetur, Deũ, quo nihil aut a maius, aut melius, aut ſapiẽtius poteſt excogitari, in eſſentia quidẽ ſeu natura diuina vnũ & ſimplicẽ, in b perſonis vero trib9 eſſe diſtinctũ, vt alius c Pater, alius Filius, alius Spiritus ſanctus eſſe, ante omnia certo credatur. Pater eſt, qui ſuum ab d æterno filiũ generat, fons & opifex rerum. Fili9 ex Patris genitus ſubſtantia, mundi redemptor eſt ac ſaluator. Spiritus ſanctus, qui & e Paracletus dicitur, Eccleſię ſeu Chriſtifidelium eſt adminiſtrator. Iam f hi tres vnum ſunt, hoc eſt, vnus, verus, æternus, immenſus & incomprehenſibilis Deus.

a Aug cõſ. libr. 1. ca, 4. b. Aug lib. de fide & symb. ca. 9. c Mat. 28. d Athan. in ſymb. d Pſal. 109. a, Heb. 5. a 1, Ioan. 4. c e Ioan. 15. d & 16. b. 14. b. d f 1. Ioã. 5. b 1. Tim. 1. d 6. d Hier. 32. c. d

Pulchre igitur huic ſanctiſsimę ſimul & indiuiduæ trinitati partes ſymboli tres præcipuę reſpondent. Prima nimirum de creatione, ſecunda de redemptione, tertia de ſanctificatione.

Deut.6.a VIII.

Matth.6.b *Quid ſibi vult primus Symboli Articu-*
1.Tim,1.d *lus, Credo in Deum Patrem?*

Gen.1.a Eſaiæ 53.a OStendit nobis primum, Deum
Iob 37.a.d vnũ, & in Deitate prima per-
Eccleſ.3.b ſonam eſſe Patrem cœleſtem, æ-
Lucæ 1.c ternum, potentia, maieſtateque
Hier.32.c ſummum, cui nihil factu impoſſi-
a Sap.16.b bile ſit vel difficile: a qui vitæ ac
1 Reg.2.b b Pſal.2.b mortis a poteſtatẽ omnẽ obtinet.
Heb.1.b Is ipſe Pater filium b ex omni
Rom.8.d. æternitate genuit, & nos hoc tẽ-
c Pſal.2.b pore gratiæ in filios ſibi adopta-
Coloſſ.1.c uit. Eius tanta vis eſt, vt verbo c
Matth.6.d Hebre.13.b ſolo tã viſibilia, quam inuiſibilia
1.Tim.4.c produxerit ex nihilo, producta
& 6.d vero vſq; conſeruet atq; guber-
Rom.11.d net ſumma cum bonitate ac ſapi-
d Iaco.1.c entia: a quo & ad quẽ omnia. Ipſe
2.Cor 1.a Act.14.c. d Pater luminum apud quem nõ
e Luc.12.a eſt tranſmutatio. Pater miſericor-
Gen,17.a.b diarum, & Deus totius conſola-
Pſal.26.a tionis: talis demum ac tantus, vt
90.a,124.a ad e nutum illius ſupera, terre-
Iob 41.a ſtria, infera ſubito pareãt: quo du-
ce ac

ce ac protectore nos in ſummis e- 1.Cor.10.c
tiam malis atq; periculis illæſi ac Eccleſ.33.a
tuti conſeruamur.

IX.

Quid habet ſecundus articulus, Credo in Ieſum Chriſtum? 1.Ioan.5.d Luc.1.c.2.b.c.

COMmonſtrat ſecundam in Eſaiæ 9.a
deitate perſonã, Ieſum Chri- Lucæ 4.c
ſtum verum Deum, & verum ho Pſalm. 44.
minem, dictum quidẽ Ieſum, hoc b. 88.c
eſt, Saluatorẽ populi ſui: & Chri- Act.4.c.& 10.f
ſtum, id eſt, vnctum Spiritu ſan- 1.Reg 9.10.
cto, ac *a* plenum omni gratia & 16.a.c
veritate, Meſsiam, Regem & Põ- *a* Ioã.1.b f
tificem noſtrum, qui primatum Apoc.17.d 19.c.
tenet in omnibus, & in quo cor- Heb.3.a 5.b
poraliter inhabitat omnis pleni- 1.Pet.2.d
tudo diuinitatis. Coloſſ.1.c

Oſtendit eundem *b* eſſe filium 2.b
Dei vnicum a Patre natum, ab æ- Epheſ.1.a d
terno genitum, naturalem, con- Ioan.10.c
ſubſtantialem, & ei prorſus æqua Heb.1.a Apoc.1.d
lem ſecundum diuinitatem: Do- Matth.28.d
minum vero noſtrum & omnium Dan.7.d
in ipſum credentium, vt quos ip- Phil.2.a,b

c.Luc̨ 13.b ſe c perditos ex ſeruitute ſathanę
f & 1.b. vltro liberauit,quoſq; iugo pec-
Rom.8.a cati & damnationis obnoxios li-
1.Cor.o.d beraliſsimè redemit.
1.Pet.1.c

Is impijs quoque dominatur:
d Pſal.8.b. omnia enim d pedibus eius ſub-
Rom.14.b iecta ſunt. Tum vero maximè Do
e Apo.9.c minum e dominantium, & Regẽ
17.d regum ſe improbis ac f vniuerſo
f Matt.25.c mundo palam declarabit, cum ho
1.Cor.15. ſtes ad vnum omnes quamuis in-
Pſal.109.a uitus ſuæ ſubijciet poteſtati, ac
g Luc.3.d e veluti g paleam igne comburet
Matt.3.c.d in extinguibili. Hic dilectus Fili-
17.a 1.d us,hic noſter Emanuel,& audien
Lucæ 20.b dus præceptor: nec aliud nomen
Eſaiæ.7.c eſt ſub cælo h datum hominibus,
h Acto.4.b in quo nos ſaluos fieri oporteat.

X.

Quid credendum proponit tertius articulus, Conceptus eſt de Spiritu ſancto?

EVndem teſtatur Dominum, qui iam inde ab æterno genitus

nitus a Deo Patre ſine matre fuit, Mich. 5.a
propter nos de cęlis deſcẽdiſſe & Ioã.1.a.16 f
humanam *a* aſſumpſiſſe naturam, Eſaiæ 53.c
qua temporaliter & cõceptus ſit, Ioan.6. f.
in Nazareth, & ſub Cæſare Augu *a* Gal.4. a
ſto in Bethleẽ natus ſine patre ex Rom.1.a
illibata virgine, operante ſcilicet Matt.1.c.d
in illa ſic Spirit⁹ ſancti virtute, vt Lucæ 1.c. d 2.a
(quod admirationem omnem ex Eſaiæ 7.c
cedit) Verbum b caro, & DEVS Hier.31.d
homo fieret, atq; MARIAE ſi- b Conc. Epheſ.ca. 13.
mul Dei mater & c virgo eſſet. c Hier. in Heluid.

Hęc filij Dei temporalis conce- Amb. in epiſt.81.
ptio & generatio, humanæ ſalutis Ezech.44.
ac redemptionis *a* primordia cõ- a Ioan.3. a
tinet, noſtræq; eſt forma regene- 1.Pet.2.a 3.d
ratiõis. Qua fit, vt maledicti Adæ Hebre.2.a
filij de immundo ſemine b conce 7.de
pti, & irę filij nati purificemur: tũ Tit.3.b
vt e carnalibus ſpirituales, ac pla- b Iob 14.
ne filij Dei efficimur in Chriſto, Epheſ.2.a
cui Pater æternus cõformes fieri Rom.6. a
voluit electos, *vt ſit ipſe*, quemad- & 8.
modum c Paulus ait, ***in multis fratribus primogenitus.*** c Rom. 8.

Act.10.f XI.

Matth.27.f *Quid continet articulus quartus:*
Marci 15.c *Paſſus ſub Pontio Pilato?*

Eſd.50.c. OStendit Chriſtum, cum præ-
53.a.b c claè docendi & miracula pa-
Ioan.1.d
Heb.7.d, trādi finem feciſſet, ſuum pro no-
1.Pe,1.c.2. bis, qui perieramus, redimendis
d.Apo.1.d agonem tandem abſoluiſſe. Itaq;
1.Tim.6.c. licet agnus eſſet abſq; macula in-
d.Rom.5.b nocentiſsimus, imo & Deus ſi-
Ioan.15.b
a Ioan.3.b mul immortalis, tamen vt chari-
12.e.Ioan. tatem erga nos ſuam maximam
18.a19.b declararet, paſſus eſt ille a volens
Matth.27. a ſceleſtiſsimis extrema & acer-
Marci 15. biſsima quæque: vnde nec iudi-
Lucæ 23.
Ioan.19. cium impij iudicis Pilati quāuis
Acto.13.d iniquiſsimum, neq; crucē b pio-
b Sap.2.d broſiſsimum ſupplicij genus de-
Heb.12.a fugit, mortem pro nobis crude-
Philip.2.b. liſsimam adiens, & ſepulturam in
Rom.5.b.
Matt.27.b alieno etiam monumento delatā
Tit.2.d. non recuſans: totum vt ſe viuens
Galat.1.a moriens donaret atq; impende-
Eſaiæ 53.d ret mortalibus.

c 1.Pet.1.c. Quæ Chriſti paſsio, c ſanguis,

crux,

crux, vulnera & mors, peccatoribus cõſolationem, ſanitatem, virtutem & vitá continue exhibẽt, ſi tamẽ parem9 & ƀ cõpatimur capiti, vt ita ſimul & cõglorificemur *Conſummatus enim factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ.*

1. Ioan. 1. c
Apoc. 1. b
Epheſ. 1. b
ƀ Rom. 8. c
2. Cor. 1. b
2. Tim. 2. b
Heb. 5. c

XII.

Quis vſus & fructus in eo eſt, quòd crucem Christi digitis efformamus, & ea frontem conſignamus?

HVnc ſane ritum & *a* veterũ pietas, & conſtans Eccleſiæ cõſuetudo nobis cõmẽdat. Ac primũ hinc excitamur ad gratá memoriá ſummi myſterij atque beneficij, quod nobis in cruce peractũ ac ampliſsimè donatum fuit.

B 7 Deinde

a Tert. de coro. mil. Baſ. de Spiritu ſancto cap. 27. Aug. de cathe. rud. c. 20. & tractа. in Ioã. 118. Nazia. orat. 1. in Iulian. Hier. ad Euſto. de cuſt. virg. & ad Fabiol. de veſte ſacerdot. Et in ca. 9. Ezec. Chryſ. in 1. com. hom. 12. & 55. in Matt. Tripar. hiſt. lib. 6. ca. 1. Effrem. in ſerm. de S. cruce. Orig. hom. 8. in diuerſ. Euang. Ruff. lib. 1. Eccleſ. hiſt. cap. 29. Nice. lib. 18. cap. 20. Cyril. Catec. 4. & 13. illum. Chryſ. in demonſt. aduerſus gentes, quòd Chriſtus ſit Deus.

Deinde prouocamur ad veram ſanctamque gloriã & totius ſalutis noſtræ anchoram in cruce Domini noſtri deſigendam.

Eſt hoc pręterea teſtimonium, nos cũ inimicis crucis Chriſti Iudęis ac Ethnicis nihil habere cõmune, ſed cõtra hos omnes liberè profiteri quę colimus, Dominum Ieſum hunc crucifixum.

Hoc etiá ſignaculo ad patientię ſtũdium incitamur, vt ſi æternę glorię cupidi ſumꝰ (eſſe vero debemꝰ omnes) crucem quã colimus & viã crucis, a duce Chriſto non grauatim amplectamur. Neq; minus arma hinc victricia petimus b aduerſus ſatanã olim crucis virtute poſtratum, imo & cõtra omnes noſtrę ſalutis aduerſarios ita communimur.

a Mat. 16. d Lucæ 9. c 1. Pet. 3. c 2. d

b Athan. in vita B. Anton. Hieronym. in vita B. Hilarionis, Igna. ad Philip. c. Ambro. ſerm. 43.

Demum vt auſpicatius c ordiamur, & maiorem in rebꝰ gerendis ſucceſsũ experiamur, hoc cru crucis illuſtre trophęũ arripimꝰ,

&

&c in hoc ſigno b victuri, ſæpe dicere non dubitamus: In nomine Patris & Filij, & ſpiritus Sancti.

b Euſ.li.1. de vita Cōſtantini. Nicep.li 8. ca.3. Et li.7 c.47. & 49

X I I I.

Quid credendū profert quintus articulus, Deſcēdit ad inferos, & reſurrexit?

Chriſtū docet, poſtquā mortuꝰ eſſet in cruce, ſecundum animam quidē ad inferos vſque penetraſſe, tū vt mortis ac ſathanæ deuictorem, tū vt Patrum in limbo ſedentium liberatorem ſeſe declararet: ſecundum corpus autē, quo iacuerat in ſepulchro, tertio poſt die, cum triumphator ex inferis redire vellet, eundē ad vitam ſua vi immortalem ac glorioſum, primogenitum ex mortuis reſurrexiſſe.

Pſalm. 15. b Zacha.9.c 1.Pet.3.d Colo.2.c Eccle. 24.a Act.2.d. Oſe.13.d. Irene.li.5.in fine. Au.epi. 99. & 57.& li.20. de ci. dei, c.15. Itē ſer.137. de tēp. Hie. in c.4. ad Ephe. & in Oſea 13.

Quo admirabrli opere conſolatur ac docet, electos de poteſtate ſathanæ, mortis & inferni liberari, eamq; reſurgēdi gratiam omnibꝰ offert atq; cōmendat, vt vere credētes in Chriſtum de vitijs

Matth.12.c Heb.11. d Mar. 16. b.c Ioan. 2.d 1.Co.15. a.c Apoc.1.b.d Coloſſ.1.c

a ad

a Rom.6.a ad virtutem, a morte peccati ad
Colo.3.a.b vitam gratiæ, in fine b porro ſe-
Philip.3.d culorum omnium de morte cor-
Ephe.4.c poris ad vitam immortalẽ reſur-
1.Pet.1.a
b 1.Co.15.e gant. *Nam c qui ſuſcitauit IESVM,*
c 2.Co.4.d *& nos cum Ieſu ſuſcitabit.*
1.Theſſ.4.

XIIII.

Quid adfert ſextus articulus,
Aſcendit ad cælos?

Pſal 67.d
46.a.8.a.
Marci 16.d
Ioan.3.b
Act.1.b
Ephe.4.b.
2.b.1.c.
Coloſſ.3.a
Heb.1.b
1.Pet.2.a
1.Ioan.2.a
Ioan.20.d
a Pſalm.
190.a
Lucæ 22.g
1.Cor.15.d
Epheſ.1.d
Matt.28.d

ABſoluto humanæ redemptionis opere, Dominũ Ieſum oſtendit, poſtquam rediuiuus ille ſuis apparuiſſet, multiſque argumentis reſurrectionis ſuę veritatem confirmaſſet, demũ quadrageſimo die in cælum aſcendiſſe, vt ſecundum naturam humanam ſuper omnia exaltaretur, & vnus omnium maxime ab omnib9 celebraretur. *a*Sedet igitur domin9 Ieſus in cælis ad dexterã virtutis Dei, parem cum Patre poteſtatem exercens, gubernans omnia, diuinaque maieſtate reſplendens

dens penitus: quod b eſt nimirũ ad Patris ſedere dexteram. b Aug. lib. de fide & ſymb. ca. 7.

Hæc læta Chriſti aſcenſio, noſtræ fidei ac ſpei certitudo eſt, vt quo caput precesſit proſtratis ſemel hoſtib9 eodem membra etiam, ſi capiti c modo pareãt & inhæreant ſuo, peruentura eſſe maximè confidamus. d *Vado*, inquit, *parere vobis locum*. c Heb. 5. c Rom. 8. c 2. Tim. 2. b Ioan. 15. d. Ioã. 14. b

XV.

Quid credendum exhibet ſeptimus articulus, Inde venturus eſt iudicare? Pſal. 69. a Eſa. 3. c. 66. d Soph. 1. c Mal. 4. a b Ioël. 3. a c

PRoponit extremũ iudicij diem, quãdo Chriſtus in humana carne rurſus a ſummo cælo deſcendet, ac tremendũ aget iudicem totius orbis, & palã vnicuique reddet ſecundum opera ſua. Iudicabit a igitur in ſede maieſtatis ſuę ad vnum omnes probos ac improbos, ſiue quos iudicij dies illa viuos adhuc in carne, vel ãtea mortuos offendet. a Matt. 25. c. 24. b. c. d. Lucæ 21. c Act. 10. f 1. Theſſ. 4. d. 5. a. 1. Cor. 15. g. 2. Theſſ. 2. a. b 2. Pet. 3. c.

Vnde admonemur, eo cautius rectiuſque nobis viuendum eſſe, quo certius perſuaſum habem9, noſtras actiones, b cogitatiões & vitæ rationes oẽs ob oculos cuncta cernẽtis, & ęquiſsime iudicãtis Dei vſque verſari. Etenim æquus & iuſt9 eſt ſcrutator ille cordiũ & vindex iniquitatum, ante cui9 tribunal manifeſtari nos oẽs oportet, vt vnuſquiſque prout geſsit ſuo in corpore, ſiue bonũ, ſiue malum, ab illo recipiat. Qui nec boni ꝺ quicquam in hac vita geſtum ſuo præmio defraudabit, nec perperam facta vlla impunè ſinet abire.

b Matt.12.c Sap.1.c Eſaiæ 66. f Eccle.12. Rom.2.c Apo.20.d Baſ.epi. ad virg. lapſ. Hier.17.b Hebr.4.d Gala.6.b 1.Theſſ.4.b Eccle.12. 2.Cor.5.d Rom.14.b d Mat.10.d Iob.24.

XVI.

Quæ ſumma eſt articulorum de ſecunda in Deitate perſona?

HAEC ſumma eſt, CHRISTVM verum Deũ & hominẽ eſſe, qui mirificum redẽptiõis humanæ opus ſit aggreſſus, atque perfecerit, vt idem ſit ipſe

Ioan.1.a.b 1.Ioan.5.b Ephe.1.b

nobis

nobis via, a veritas & vita, per quem vnum, cum perijſſemus omnes, ſaluati & liberati, Deoq; patri reconciliati ſumus. a Ioan.14.a Rom.5.b Apocal.1.b 1.Tim.2.d Roma.3.d

De cuius quidem Redemptionis beneficio ac vero vſu ita ſcriptum eſt: b *apparuit gratia Dei Saluatoris noſtri omnib. hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem & ſecularia deſideria ſobriè & iuſtè & piè viuamus in hoc ſeculo, expectãtes beatam ſpem & aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris noſtri IESV CHRISTI: qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operũ:* Sic apoſtol9 Paul9. Et c alibi: *Ipſius* (Dei) *ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus.* Atque iterum, d *Pro omnibus mortuus eſt CHRISTVS,* (inquit,) *vt & qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit.* b Tit.2.d c Ephe.2.b d 2.Cor.5.c

Quare

Quare cauendus illorum eſt error, maximè, qui CHRISTVM non integre, ſed veluti mutilatũ confitentur, dum ſolum è mediatorem illum & redemptorem cui fidamus, agnoſcunt: nec ſimul recipiunt eum & ſ legislatorem, cui⁹ iuſsis obtemperem⁹, & virtutum exemplar omnium, quod imitemur, & iuſtum iudicem, qui debitum cuiuſq; g operi pręmiũ aut ſupplicium certo rependat.

e 1. Tim 2. b
Rom. 3. d
f Eſaię 33 d
Iacobi 4. c
Ioã. 13. b. d
1. Ioã. 2. b
2. Pet. 2. d
g 2. Tim. 4. b

XVII.

Quid docet octauus articulus, Credo in Spiritum ſanctum?

SVbiungit tertiam in Deitatẽ perſonam, Spiritum ſanctum: qui ex Patre Filioque procedẽs, verus, vtriq; coætern⁹, coæqualis, conſubſtantialis Deus exiſtit, & eadem fide pariq; cultu & honore colendus eſt.

Hic ille paraclet⁹ & doctor veritatis, qui corda credentiũ gratia ſua ſuisq; donis illuſtrat, purifica

Symb. Cõſtãt. & Cõcil. Florẽt.
Gene. 1. a
Pſal. 103. d
Iob. 24.
Matth. 28.
Ioan. 1. c.
14. b. d. 16. c
1. Ioan. 5. b
Rom. 8. b c
2. Cor. 3. d
1. Cor. 6. d
& 3. c.
Pſalm. 50. c

cat, ſanctificat, & in omni ſancti-tate confirmat. Hic eſt a pign⁹ hę-reditatis noſtrę, qui adiuuat infir-mitatem noſtrá, & ſingulis pro-ut vult, varias donationes ſuas diſtribuit impertitque.

Eſaiæ 11. a
Galat. 5. d
Rom. 5. a
a Ephe. 1. c
Rom. 8. e
1. Cor. 12. b

XVIII.

Quid addit articulus nonus, Credo Eccleſiam ſanctam catholicã?

OStendit Eccleſiã, id eſt, cun-ctorũ Chriſti fideliũ a viſibi-lẽ congregationẽ, pro qua Dei fi-lius, hominis natura ſuſcepta, cũ-cta & fecit & b & pertulit: Eáque docet primùm vnã eſſe & cõſen-tientẽ in fide fideiq; doctrina, & adminiſtratione ſacramentorum, quęque ſub vno capite ſuo Chri-ſto, vnoq; vices eius in terris ge-rẽte, c Pontifice Maximo regitur ac in vnitate conſeruatur.

a Matt. 5. b
Eſaiæ 60. a
c. & 2. a
Pſal. 18. a
Aug. tract. 1. in epi. Ioan. & de vnit. eccle. ca. 14. & in pſal. 30. cõcio. 2.
Chryſ. ho. 4. de verb. Eſaiæ.
b Ioan. 11. g. 10. c. 17. b
Cant. 6. c
1. Cor. 1. b. 12. b. d. Ephe. 4. a Cyp. de ſimp. pręlat. Iren. lib. 1. ca. 3. Hier. ad Geron. de monog. Chryſ. ho. 1. in 1. ad Cor. c. Cyp. de ſimp. & li. 1. ep. 3. & li. 4 ep. 9. Iren. lib. 3. ca. 3. Hier. ad Dama. epiſt. 57. & c. 58. Leo epiſt. 89. ad Vienn.

Deinde

b Ephe. 5. e Deinde hanc Sanctã b eſſe prę-
Cant. 4. b dicat, quia per ſpiritum ſanctũ â
1. Pet. 2. b Chriſto vſq; ſanctificatur, vt ſan-
Aug. in En chi. c. 56. & cti hoẽs & ſanctæ leges nũquam
in pſal. 85. in illa deſint. Nec vll9 extra hui9
Bern. ſer. 3. cõſortiũ ſanctitatis particeps eſ-
in vig. nat. ſe poteſt.
Greg. li. 35. mor. ca. 6. Tertio eſſe c Catholicã, id eſt,
Iren. lib. 3 vniuerſalem, adeo vt per orbem
cap. 40. longè, lateq; diffuſa, omnes om-
c Acto. 1. b nium tẽporum, locorũ, ac natio-
Gene. 22. d nũ homines, qui modo in Chri-
Marci 16. d ſti fide ac doctrina conueniunt,
Lucæ 24. g vno quaſi materno ſinu excipiat,
Mat. 28. d concludat ac ſaluet.
16. c. Au. epi. 7. 166. Cont. ep. fund. ea. 4. li. de vera rel. cap. 7.
Vinc. Lirin. Hie. cont. Lucif. Beda in 6. ca. Cant.

f Epe. 4 c. d Quarto eſſe in eadem Eccleſia
Pſal. 118. h Sanctorum cõmunionẽ, vt f qui
Coll. 1. a in eccleſia, veluti domo Dei fami
Philip. 1. a liaq; verſantur, ſocietatẽ quandã
2. Cor. 8. c inter ſe & vnionẽ ſeruent indiui
1. Ioan. 1. b duã, & ſicuti vnius corporis mẽ-
Rom. 12. b
1. Cor. 12. b bra, mutuis oficijs, meritis & ora
Aug. tract. 32. in Ioan. tionib9 ſe inucem iuuent. Apud

hos

hos eſt vnitas fidei, doctrina cō-
ſentiens, conformis vſus ſacramē
torum: qui etiam g qualeſcunque
demum quorundam errores aut
diſsenſiones incidant, ſolliciti *
ſunt ſeruare vnitatem ſpiritus in
vinculo pacis. In qua quidē cōmu
nione non modo ſancti Eccleſiæ
militantis in terra peregrinātes,
verumetiā beati omnes Eccleſiæ
cū Chriſto in b cœlis felicisſimè
triumphātis, ac inſuper piorum
animæ, quæ ex hac vita egreſſæ,
nondum a tamen illā beatorum
felicitatem ſunt conſecutæ, ſimul
comprehenduntur.

g Euſ. eccl. hi. li. 7. c 19 Auguſt. 2. cont. Don: ca. 6. & ep. 19. Item. de ver. rel. c. 6
*Eph. 4. a
b Aug. de tēp. ſer. 181. ca. 13. in En chi. ca. 56.
a Aug. li. 20. de ciui. dei ca. 9. Greg. lib. 4 dialog. ca. 39.

Extra hanc Sanctorum cōmu-
nionem (ſicut extra b Noë arcā)
certum

b Gen. 7. d 1. Pet. 3.

Eſaiæ 60. b Iren. lib. 4. cap. 43. Auguſt. epiſt. 50 & 152. de vnit. Eccle. cap. 4. & 16. Auguſt. vel Fulgent. de fide ad Petrum. cap. 38. & 39. 37. Greg. 14. mor. cap. 2. Chryſ. hom. 11. in epiſt. ad Ephe. Conc. Later. cano. 1. 1. Ioan. 2. c. Ioan. 6. g. 13. c. Iudæ: c,

c.1.Cor.5.a certum quidem exitium, nul-
1.Tim.1.d. la vero ſalus mortalibus: non
Num.12.d Matt.18.b Iudæis aut Ethnicis, qui fidem
Cyp.li.1.e- Eccleſiæ nunquam receperunt:
pi.11. Aug. non Hæreticis, qui receptã deſe-
li.1.cõt.ad ruerunt vel corruperũt: nõ ſchiſ-
uerſ.leg. & maticis, qui pacem & vnitatẽ Ec-
prop.ca.17. 2.Ioan.c.d cleſię reliquerunt: poſtremo ne-
2.Theſs.3. que c excõmunicatis, qui quali-
b.d. bet alia graui de cauſa id merue-
d.Aug.ſer. runt, vt ab Eccleſiæ corpore, ceu
181.de tẽp. pernicioſa quædam membra,
ca.12. & in Pſal.88.cõ- pręſcinderentur ac ſepararentur.
cio.2. Item Atque iſtiuſmodi omnes, quoni-
epiſt.204. am ad Eccleſiam, eiuſque ſanctã
Cyp.li.1.e communionẽ non pertinent, diui
piſt.1. & li. næ gratiæ d & ſalutis æternæ non
4.epiſt.2. poſſunt eſſe participes, niſi Eccle
e De ſimp. prælat. ſiæ, a qua ſuo illi vitio ſunt ſemel
f. Lib.4.de auulſi, primũ recõcilientur atque
Symb.ad reſtituãtur. Certa eſt enim e Cy-
Catech. ca. priani & f Auguſtini regula: Non
10. habebit Deũ Patrem, qui Eccle-
ſiam noluerit habere Matrem.

XIX.

XIX.

Quid proponit Articulus decimus?

REmiſsionem peccatorum, qua ſine iuſtus & ſaluus eſſe nullus poteſt. Hunc autem verè diuitem thezaurum Chriſtus a nobis acerba morte, ſuoq́; pretioſo ſanguine compatauit. totus vt mundus peccatis eorumq́ue pœnis perpetuis liberaretur. a Eſa.33.d Mat.1.d, & 9.a Apoc,1.b Lucæ 24.g Acto.10.g Heb.9.d I.Ioan.1.c Ephe.1,b Coloſſ 1.b. Heb.1. a

Cuius quidem theſauri per Chriſti gratiam participes duntaxat fiunt ij, b qui ſe Fide & Baptiſmo ad Chriſti adiungunt Eccleſiam, & in eius vnitate obedientiaq́; perſiſtunt. Deinde qui de commiſsis poſt baptiſmum peccatis c pœnitentiam ſerio agunt, & ijs aduerſus peccata pharmacis quę Chriſtus inſtituit, hoc eſt, Sacramentis, conuenienter vtuntur. b Act.2.f. & h.g Marci 16. d Ioan.3.a Aug. in Enchi.cap.65. & de ver. dom. ſer. 11 c 2 Co. 12.f Actor.8.d Ioan.20.e Apoc.2.b

d Hieron. epiſt.1. ag Heliod. Augu.homil.49.& 50. Chry.lib.3. de ſacerd. Cypr.lib.1. epi.2.Lu.10.f Ioã.20.e, Mat 18.b e Mat.16.c Ioã.21.e Hilar.can.16 in Mat.Bern.li.2.de cõſid. Cõc. Florent.

Atque huc ſpectat poteſtas, vt vocant, d clauium, quam Chriſtus ad remittenda peccata miniſtris Eccleſiæ, & in primis Apoſtolo e Petro eiuſq; ſucceſſoribus legitimis, vtpote ſummis Eccleſiæ rectoribus, cõmẽdauit.

XX.

Quid habet vndecimus Articulus?

Eſ ſiæ 26. Iob 19.d Ezech.37.a 1.Cor.15.g 1. Theſ.4.d Ioan.11:c 5.e Matt.22.c Dan.12.a Philip:3:d Hieron.ad Minerïũ & Alexand. Item ad Pamach.aduerſus erro.Ioan:Hieroſ.Grego.li.14.moral.ca:30.& ſequentib. Augu.in Enchir.ca.84.& ſequentib. Item de Ciui.Dei lib. 22. ca.12.& ſequentibus.

C*Arnis reſurrectionem*, quæ in nouiſsimo die bonis malisq; cõtinget. Nam corpus hoc quod fragile, caducum, multiſque morbis & perpetuis ærumnis obnoxiũ, & poſt mortem quoq; vermibus exedẽdũ circumferimus, tum reuiuiſcet, cum in extremo illo die mortui omnes Chriſto vocãte iudice ſimul ad vitam & iudiciũ excitabun-

citabũtur, Igitur ante Chriſti [a] tribunal in carne cuncti apparebũt, vt citra exceptioné vnuſquiſq;, proutgeſsit in corpore ſuo, quod illi reddetur integrum, ſiue bonum, ſiue malum recipiat. a 2.Cor.5.b Rom.14.b

b *Procedent autem, qui bona fecerũt. in reſurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt. in reſurrectionem iudicij, & c in ſupplicium æternum,* b.Ioan.5.e c Mat.13.df Mat.25. d 13.g Athan.in ſymb.

Hac fide vir bonus & patiens in ærumnis ſe vel maximis conſolatur, vt in ſupremo etiam vitæ agone dicat, d *Scio quòd redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, & rurſum circundabor pelle mea, & in carne mea vide bo Deum*, Prudentes illi ſanè, qui terrena hæc & moribunda membra, iniuſtitiæ ac e virtutis ſeruitutem redigunt, quique corpus hoc veluti vas purum, beatę prę parant immortalitati: d Iob 19.d Coloſſ.3.a 1.Petri 3.c 1.Cor.9.d Rom.6.b c.d 1.Cor.13.f

XXI.

Quis eſt poſtremus Articulus?

1.Cor,2.c Ioan.17. Matt.19.b d & 25.d Apo.2.b c g 3.c,d 7.d 21,b.22.c. Rom.2.b Tit.1.a.2,d 3.b 1.Ioan.2.d 2.Tim.4.b 1.Pet.1.a Rom.6.d

DE *vita æterna*, quam electi, poſt mortem ſupereſſe minimè dubitemus. Atque hic fructus & finis eſt fidei, ſpei, patiētię & exercitationis Chriſtianæ. Cuius vitæ conſequendæ cauſa nullum pietatis opus arduum, nūllus labor grauis, nullus dolor acerbus, nullum in agendo patiēdoq; tempus diuturnum ac moleſtum verè credenti debet exiſtimari.

a Aug.de ciui.Dei l. 22.c.29. & 30. & lib.3. de lib.arb. cap.vlt. Itē ſer.64.de verb.dom. Et lib.3.de ſym.ad Catech.ca.11. b Luc.12.d c.Mat.25.c

Quod ſi vita hac, quæ calamitatis alioquin plena eſt, nihil dulcius ac optabilius ducitur, quáto illa demū potior habenda eſt, *a* quæ ab omni malorum ſenſu & metu procul abeſt, quæ cœleſtibus & ineffabilibus ſine fine gaudijs, delitijs, ac voluptatibus omni ex parte ſemper abundat,

De qua vita CHRISTVS, *b* *Nolite timere puſillus grex*, inquit, *quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum*, Qui & in extremo iudicij die dicet electis: *c Venite benedicti*

dicti mei.poſsidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Impijs vero in hunc modum loquetur: d Ibid.d
d *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius.* Id quod e nō ſolum ad Ethnicos a Hæreticos, Schiſmaticos & palam flagitioſos pertinet: verum etiā ad Chriſtianos, quos in mortali peccato f mors opprimit, eſt referendum.

e Aug. vel Fulg. in li. de fide ad Pet. Diaco. c.38. & 40.
f Ezec.18.a 33.b Rom.6.d Sap.1.d 1.Cor.6.b.

Adijcitur demum clauſula iſthæc g *Amen*, vt fidei & confeſsionis huius Chriſtianæ teſtimoniū apud nos indubitatum eſſe ac ſolidum demonſtretur.

g Hier. ad Marcellā. epiſt.137.

XXII.

Eſtnè ſatis Chriſtiano ea ſola credere, quæ complectitur Symbolum?

PRimum & maximè quidē ea, quæ Symbolo traduntur Apoſtolico, cuius credenda & apertè a profitenda ſunt. Ea vero explicatiora fiunt ex collatione tum

Hebr.5.d 6.a 1.Pet.3.c.
a Amb.li. 3.de virg.

Aug.l.1. de Sym.ad ca tec.ca.1.& li.2.ca.1.
b 2.Pet.1. d Rom.15.a 2.Tim.3.d
c Tolet.1. cano.21.
Au.ſer. 129 191 de tẽp.
Hie.in ſym bo.ad Damaſum.
Aug.cõt.e pi.fund.c.5
Trident. ſeſſ. 4.
d Mat, 22.c
e Cyril. ep. 10.ad Neſt.
Conc. Nic. & Conſt.
Ire.li.3.c. 4 &li.4 cap. 4).& 36.
Hie.cõ. Lu cif,Vin.Ly rio.cũt no. uatores.

Symboli Patrum,tum eius, quod Athanaſio inſcribitur,

Secundo Chriſtianus,quæcunque ſcriptura b diuina ſeu Canonica complectitur, credat neceſſe eſt. Certos vero & c legitimos ſcripturæ libros non aliunde, quam ex Eccleſiæ iudicio & authoritate petere fas eſt.

Tertio huc illa pertinent, quæ partim ex Symboli articulis, partim ex ſcripturis, velut diuinis fontibus, neceſſario d deducuntur,

Quarto demum pro ſacroſanctis habenda firmiſsimaque fide complectenda ſunt,quæ Spiritus ſanctus credenda nobis reuelat, pronunciatque per e Eccleſiam. ſiue ſcripto illa, ſeu viuæ vocis traditione nobis commendẽtur, Qua de repoſtea commodius diſſeretur.

Circa hæc igitur omnia fides ortho-

orthodoxa verſatur, qua f ſine ſe- f Leo ſer. 4 de nat. Domini.
ctarij omnes fruſtra ſibi ac alijs
gratiam & ſalutem in Chriſto pol-
licentur.

CAPVT SECVNDVM DE SPE ET ORATIONE DOMINICA.

Aug. in Enchir. ca. 8. 1. Cor. 13. d Rom. 5. a Tit. 2. d 1. Pet. 1. a 1. Ioan. 5 c Iaco 1. a Ioan. 14. b 15. a c. 16. d Marci 11. c Pſal. 26 d 129. b. 72. d 61. b. 1. Tim. 4. c 1. Theſſ. 5. b Epheſ. 6. c Heb. 10. g 6. d a Eccl. 44. b Rom. 8. g Pſalm. 30. d Prou. 28. a

I.

Quid eſt Spes?

VIrtus eſt diuinit⁹ infuſa, per quam certa cum fiducia, noſtræ ſalutis & æternæ vitæ bona expectantur.

Parum eſt alioquin Deo Deique verbo fidẽ habere, ac diuina quæ in Eccleſię prædicantur, dogmata profiteri, niſi Chriſtianus Dei bonitate percepta, ſpẽ inde concipiat, ac fiduciam conſequendæ gratiæ & ſalutis æternæ. Quæ ſpes tantoperè iuſtũ fulcit in ſummis a ærumnis, vt etiam ſi mundi pſidijs omnib. deſtituatur, intre-

b Iob 13. b | pidè tamen dicat: b *etiam ſi occiderit me, in ipſo ſperabo.* Et, c *in Deo ſperaui, non timebo quid faciat mihi caro.* d *Deus meus in te confido, non erubeſcam.*

c. Pſal. 53. a
d Pſal. 24. a
a 1. Theſ. 5.
c. Lucæ 11.
b 18. a
Matth. 7. b
Eccleſ. 18. c

II.

b Epheſ. 2. a
Tit. 3. a
Rom. 8. f

Qua ratione hanc ſpem licet conſequi?

Ioan. 3. c.
1. Ioan. 4. b
Hebre. 10. d
Tit. 1. a
Rom. 5. b
d. 8. d
c Prou. 5. b
1. Ioan. 3. d
Aug. lib. 1. de doctri. chriſt. c. 37. & 40. & li. c. 10. & in pſa. pſal. 31.
d 2. Co. 1. b
Heb 3. b
10 g
1. Ioan. 3. a
Coloſſ. 4. c
2. Pet. 1. b

PRimum huc pertinet ardēs & frequēs ad a Deum precatio. Deinde nutrienda ſpes eſt & excitanda quotidiana meditatione bonitatis ac beneficiorum b Dei, illorum præſertim, quæ Chriſtus Domin⁹ pro immenſa in nos charitate ſua pręſtitit ac promiſit vel immerentibus. Demum conſcientiæ c puritas coniungenda venit, eaq́; pijs operibus & inuicta in aduerſis patientia ſemper eſt d comprobanda. Nam quibus bonæ conſcientiæ teſtimonium aut melioris vitæ propoſitum eſt, hi ſpem quā oportet, non adferunt,

ſed c præſumptionem potius, & vanam omnino fiduciam temerè iactant, quantũuis de Chriſti meritis Deiq; gratia glorientur: c 2. Pet. 2. d Eccl. 5. a. b Greg. 33. mor. ca. 15.

Spera, inquit f Propheta, *in Domino, & fac bonitatem*. Idemq; rurſus: *Subditus eſto Domino, & ora eũ*. Et alius: g *Bonus eſt Dominis ſperantibus in eum, animæ quærenti illum*. f Pſal. 36. a g Thre. 3. c

Quam Spem ab omni timore h diſiungendam non eſſe, ſatis illud oſtendit: i *Beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eum: & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius*. h Gre. li. 6. epiſt. 22. ad Gregoriã. Bern. de feſto Magdalenæ. i Pſal. 194. b

III.

Quæ bona ſub Spem cadunt, & Chriſtiano ſperanda ſunt?

PRæcipuè quidem a bona illa regni cœleſtis, quæ homines beant, nec ſinunt vlla ex parte miſeros eſſe. Tum illa, quæcunque mortalibus in hac vita b conducibilia rectè a Deo deſiderantur atque petuntur, in bonis ſperan- a Tit. 2. d 3. b b Heb. 4. d Aug. in Enchi. ca. 114.

randis & expectandis debent haberi. Ea vero præcipuè relucént in Dominica oratione, vtpote quam Chriſtus Dominus c ore ſacro prodidit, & admirabili ſapientia prę́ſcripſit omnibus, qui ſpem ſuam ac vota oratione cupiunt Deo explicare.

c Matt.6. b Lucæ 11, a Orat dom. explicat ✝ Tertul.lib. de orat. Cyp.ſer. 6. de orat. Cypri, catec.5.myſtagog. Chryſ.ho. de orat. & in c,6.Mat. Hier.Theophi.Euthy in Matth. Amb.lib.5 de ſacram. cap.4. Aug. epiſt. 121.ad Probam ca.11. Idē li.2. de ſer.dom. in mōt.& ho. 42.ex 50.& ſer. de tēp. 126. & 135. & 182.

IIII.

Quæ forma eſt Dominicæ Orationis?

HAEC eſt, *Pater noſter qui es in cælis.*

I. *Sanctificetur nomen tuum.*
II: *Adueniat regnum tuum.*
III. *Fiat voluntas tua, ſicut in cælo & in terra.*
IIII. *Panem noſtrum quotidianū da nobis hodie.*
V. *Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.*
VI, *Et ne nos inducas in tentationē.*
VII. *Sed libera nos à malo, Amen.*

V.

V.

Quæ ſummatim in Dominica oratione tractantur.

SEptem a in ea petitiones proponuntur, ad quas referri omnes b omnium orationum ſpecies & formæ poſſunt ac debent, ſiue pro expetendis bonis, ſiue pro delendis peccatis, ſiue pro auertendis malis quibuslibet, diuinam opem imploremus. In prioribus autem tribus petitionibus, quæ propriè ad æterna pertinent, ordine poſcuntur: in reliquis quatuor etiam temporaria, quæ & ipſa propter æterna cōſequenda ſunt nobis neceſſaria.

Chryſoſt. ſer. 67. & ſeq. Innoc. 3. l. 5. de myſte. miſſ. ca. 17. & ſeq.
a Aug. in Ench. c. 115. & lib. 2. de ſer. dom. in mōt. ca. 17.
b Aug. epi. 121. ad Probam, ca. 12.

VI.

Quid ſibi vult initium orationis, Pater noſter qui es in cælis?

PRæfatiuncula eſt, & nos memores reddit ſummi beneficij, quo Deus Pater, æterna illa maieſtas, in cœlis per beatè regnās, nos rere-

Exod. 15. c
Eſaiæ 42. b 63. d
Malac. 1. b
2. Cor. 1. a
Phil. 4 d
Apoc. 4. d

Rom.8.c Galat,4.a 1.Pet.3.d recepit in gratiã, & propter Chri ſtum filium in ſuos quoque filios & regni cœleſtis heredes per Spi ritum ſanctum adoptauit.

Leo ſer.6. de natiuit. Domini. a Cyp. in ſer. de ora. Domini. Quæ tantorum beneficiorum memoria non ſolum [a] attentionẽ excitat, ſed etiam ad redamandũ Patrem, illique obtemperandum prouocat filios, neq; minus oran- b Luc. 11. b Iaco.1.a di impetrandiq; illis [b] auget fidu ciam.

VIII.

Quis eſt ſenſus primæ petitionis, Sanctificetur nomen tuum?

Matth.5.b 1.Pet.2.c 4.c 1.Cor.10.g Colloſſ.3.c Rom.15.b IN nobis quemadmodum in om nibus alijs, promoueri ſemper & augeri petimus, quicquid ad gloriam ſummi optimique Patris noſtri ſpectat,

Eccl.36. a a Lucæ 1.g 1.Pet.1. c 3.c Philip.2.b b Mat.5.b Id vero fit maximè, cum veræ fidei confeſsio. Spes etiam & Cha ritas, ac ſimul Chriſtianæ vitæ ſan cta [a] conuerſatio ſuá in nobis lu- cem ac vim exerit, vt ſpectantes [b] alij quoq; glorificent Patrem.

VIII.

Quid continet ſecunda petitio, Adueniat regnum tuum?

Matth. 6.d
Rom. 14. c

PEtimus, vt per gratiam & iuſtitiam ſuã regnet in Eccleſia De⁹, imo & in mundo vniuerſo, eiectis hinc aduerſarijs poteſtatibus, & cupiditatib⁹ malis omnibus è medio profligatis.

Pſalm. 22. a.6.7.a
Lu.1.c. 17.c
1.Cor.3. c 4.d
Ephe.1.d
Matth.13.f

Tum optamus & precamur, vt ex hoc mundo, veluti è graui a peregrinatione militiaque vocati, quam primum trãſferamur, ad regnum glorię & felicitatis æternę, vt cum Chriſto & ſanctis eius in ſempiternum regnemus.

1.Cor. 15. c.d
Coloſſ.1.b
Pſal 67. a
a Phil.1. d
Heb. 11.c
1.Pet 2.b
Iob.7.a
2.Cor.5. a.b

IX.

Quid includit tertia petitio, Fiat voluntas tua?

Sapien. 5. e
Apoc. 22. a
Matth.8.b

ROgamus, vt ſicut in cœlo Angeli & beati omnes, nos quoq; in terris, quáuis imbecilles & exigui, exactam Deo pręſtem⁹ obedientiam, nihil habentes

Pſa!. 02.d
Rom.1.b
Acto. 9. a
2'.c
Deut.12.a
Heb.13.d

Rom.8.c Galat,4.a 1.Pet.3.d Leo ſer.6. de natiuit. Domini. a Cyp.in ſer.de ora. Domini.

receepit in gratiã,& propter Chriſtum filium in ſuos quoque filios & regni cœleſtis heredes per Spiritum ſanctum adoptauit.

Quæ tantorum beneficiorum memoria non ſolum [a] attentionẽ excitat,ſed etiam ad redamandũ Patrem,illique obtemperandum prouocat filios,neq; minus orandi impetrandiq; illis [b] auget fiduciam.

b Luc.11.b Iaco.1.a

VIII.

Quis eſt ſenſus primæ petitionis, Sanctificetur nomen tuum?

Matth.5.b 1.Pet.2.c 4.c, 1.Cor.10.g Colloſſ.3.c Rom.15.b Eccl.36. a

IN nobis quemadmodum in omnibus alijs, promoueri ſemper & augeri petimus, quicquid ad gloriam ſummi optimique Patris noſtri ſpectat,

Id vero fit maximè,cum veræ fidei confeſsio.Spes etiam &Charitas,ac ſimul Chriſtianæ vitæ ſancta [a] conuerſatio ſuã in nobis lucem ac vim exerit, vt ſpectantes [b] alij quoq; glorificent Patrem.

a Lucæ 1.g 1.Pet.1.c 3.c Philip.2.b b Mat,5,b

VIII.

Quid continet ſecunda petitio, Adueniat regnum tuum? Matth. 6.d Rom. 14. c

PEtimus, vt per gratiam & iuſtitiam ſuá regnet in Eccleſia De⁹, imo & in mundo vniuerſó, eiectis hinc aduerſarijs poteſtatibus, & cupiditatib⁹ malis omnibus è medio profligatis. Pſalm. 22. a. 6. 7. a Lu. 1. c. 17. c 1. Cor. 3. c 4. d Ephe. 1. d Matth. 13. f

Tum optamus & precamur, vt ex hoc mundo, veluti è graui a peregrinatione militiaque vocati, quam primum trãsferamur, ad regnum glorię & felicitatis æternę, vt cum Chriſto & ſanctis eius in ſempiternum regnemus. 1. Cor. 15. c. d Coloſſ. 1. b Pſal 67. a Phil. 1. d Heb. 11. c 1. Pet 2. b Iob. 7. a 2. Cor. 5. a. b

IX.

Quid includit tertia petitio, Fiat voluntas tua? Sapien. 5. e Apoc. 22. a Matth. 8. b

ROgamus, vt ſicut in cœlo Angeli & beati omnes, nos quoq; in terris, quáuis imbecilles & exigui, exactam Deo prę́ſtem⁹ obedientiam, nihil ha- Pſal. 02. d Rom. 1. b Acto. 9. a 2'. c Deut. 12. a Heb. 13. d

Iaco.4.d bentes prius, quam vt diuinæ
Lucæ 22.c voluntati tum in proſperis, tum
1.Pet.4.a in aduerſis libenter nos ſubijcia-
Acto.5.a mus, & noſtra a quæ ad malum
Iacobi 1.d prona eſt, voluntate reiecta, in b
1.Pet.5.c diuina ſemper acquieſcamus.
a Gene.8.a
Matt. 22.d
Bern. ſer.3.
de reſurr.
b Ioan.4.c
5.6.d
1.Reg.3.d
Iacob.1.a
Pſalm.39.d
Deut.19.d
Gen.28.d
1.Tim.6.b
Prou.30.a
Pſal.154.c
a Matt.4.a
Amos 8.c
Eccle.15.a
Prou.9.b
b Matt.26.
c.6.b
Hier. in 6. c
Matth.
Cyp. in ſer.
de ora. do-

X.

Quid habet quarta petitio, Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie?

AB omnis boni authore ac fonte nos, veluti pauperes & mendici, ea deſideramus, quæ ad hanc vitam corporis quotidie ſuſtentandam ſunt ſatis, victum ſcilicet & veſtitum: præterea quę ad vitam animæ promouendam faciunt, nimirum a verbum Dei, animæ ſpirituale pabulum, ſacroſanctam b Euchariſtiam, panem illum cœleſtem, cæteraq; ſalutifera Eccleſiæ Sacramenta ac DEI dona, quæ ad bene beateque viuendum

uendum paſcunt, curant, confirmant, hominem interiorem. minica. Amb. l. 5 de ſacra. ca. 4. Aug. l. 2. de ſer. dom. in mont. ca. 12

XI.

Quo pacto intelligitur quinta petitio? Dimitte nobis debita noſtra? Thren. 4. b

HIC petimus à labe peccati, quo nihil fœdius, nihil animæ peſtilentius eſſe poteſt, clementer expurgari, & ea ipſa quæ peccando contraximus, debita relaxari. 1. Cor. 10. Leuit. 26. c Num. 5. a. c Exo. 32. f. g Lucæ 7. g Tob. 12. c Sap. 16. b

Ne vero fruſtranea ſit precatio, animo in proximum perperam affecto, illud addimus, nos vindictæ *a* cupiditate aut ſimultate poſita, cum proximis in gratiam rediiſſe, & cuiuis ex animo noxam condonaſſe. Hoc eſt enim quod Chriſtus alibi voluit, cum diceret: b *Dimitte & dimittemini.* Et iterum: c *Si non demiſeritis hominibus, nec Pater veſter dimittet vobis peccata veſtra.* Pſalm. 50. a *a* Ro. 12. d Coloſſ. 3. b Lucæ 23. c Acto. 7. g Marc. 11. c Ephe. 4. g *b* Luc. 6. f *c* Matt. 6. b 18. d. e Eccl. 28. a Aug. in Enchir. ca. 74.

XII.

Quid continet ſexta petitio, Ne nos inducas in tentationem?

Iob.7.a Iudith.8.c Tob.3.d 12.c Matth.4.a b.26.d Heb.2.d 2.Theſ.3.a 1.Ioan.2. c.4 a Matt.16.d 1.Cor.9. d.10.c Iac.4.b.1.b. 1 Pet.5.c 2.Pet.2.b Eph.6.b.c Coloſſ.3.a Apoc.2.b c.g 2.Tim.4.b a 2.Tim. 2.a

QVoniam præſens hæc vita perinde ac malitia eſt ſuper terram, dum varijs tentationibus ſemper impugnamur, grauiterq́; cum mundo, carne & ſathana cõflictamur, idcirco piè ſolliciti diuinam opem imploram⁹, ne huiuſmodi aduerſariorum impugnationibus ſuccumbamus, atq; ſuccumbẽdo dánemur, ſed vt in hac perpetua pugna durantes, Dei q́; dextera nitentes, poteſtati ſathanæ reſiſtamus fortiter, cõtemnamus mundum, caſtigem⁹ carnẽ, atque ita demũ velut inuicti milites Chriſti, poſt victoriá coronemur. [a] *Neque enim coronabitur,* Apoſtolo teſte, *niſi qui legitimè certauerit.*

XIII.

Quid eſt in ſeptima & poſtrema petitione, Libera nos à malo?

Preca-

PRecamur ad extremũ, vt hu- 3.Reg.8.d
ius ſeculi calamitatibus, qui- Prou.10.d
bus exercentur etiam pij, non ſi- Eccle.23.a Hier.7.c
nat nos Deus perdi & euerti cum Tob.1.d
impijs,ſed vt benignitate ſua nos 2.c
liberet,quatenus ſaluti noſtrę cõ- Eccle.27.a
uenit, atque ab omni malo cum Apoc 3.b
corporis,tum animæ, ſiue in hac Pſalm. 24. c.d
vita,ſiue in futura propiti⁹ tuea- Pſalm.30.
tur. Nam & ipſe ita promiſit, [a] a.b.c
Inuoca me in die tribulationis,eruam Pſalm.33.
te,& honorificabis me. a.b.d

Demum totam precationem [a] Pſal.49.c 2.Cor.1.d
hac vna voce, Amen, claudimus, Ambro. in
vt noſtram in orãdo ſimul & im- pſal. 40.
petrando fiduciam cõprobemus, Hier. in ca.
tum propter Chriſti, qui non fal- 6.Matt.7.b
lit promiſsionem [b],*Petite,* inquit, Lucæ 11.b Ioan.16.d
& dabitur vobis,Tũ propter Patris
erga nos immenſam clementiã &
propẽſam in oẽs miſericordiã, vt
hinc Ioannes dixerit, [c] *Quodcunq;* [c] 1.Ioan.5.c
petierimus ſecundum voluntatem eius
audit nos.

XIIII.

Quæ eſt ſumma orationis dominicæ?

FOrmulam abſolutam continet nõ ſolum orandi ac poſtulandi bona, verumetiam deprecandi ac fugiendi mala quælibet.

Inter bona vero primũ eſt illud expetendum, vt Pater cęleſtis ab omnibus ſemper vbiq; glorificetur: deinde vero vt illi9 regni participes efficiamur: tũ vt ea nobis adminicula ſuppetant, quibus ad regnum Dei cõmedè puenitur. Quale eſt ex parte quidem animę noſtræ voluntati diuinę cõformari, ex parte vero corporis victum habere neceſsarium.

Quæ autem ſecundo loco ad finem vſq; totius precationis adduntur, affectum exprimunt mala deprecãtis vt Dei gratia & virtute aut penitus illa remoueantur, peccata nimirum bonorum omnium corruptelæ, & reliquorum lernæ malorum, aut eadem

ſic

ſic temperentur, ne ſua vi ſaluti conſequendæ officere poſsint. Ejuſmodi ſunt variæ in hoc mundo tentationes, & quælibet tum præſentis, tum futuræ vitæ calamitates. Reliqua de oratione tractanda in eum reſeruabuntur locum, qui bonorum operum genera triplicia declarabit.

DE SALVTATIONE Angelica.

XV.

Quæ ſalutatio dici Angelica ſolet?

EA quæ ſanctiſsimæ Virgini Deiq; matri his verbis defertur: *Aue Maria gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui IESVS, Sancta Maria mater Dei ora pro nobis peccatoribus, nunc & in hora mortis noſtræ, Amen.*

Lucæ 1 c.e Chry. & Iacob. in Liturgijs. Aug. ſer. 2. de Annũc. Amb. in ca. 1. Lucæ. Chryſoſt. ſer. 140. & ſequent. Berna. ho. 3 ſuper Miſſus eſt. Fulg. in ſermo. de laudib. B. virg.

XVI.

XVI.

Vnde nobis hic modus Deiparam virginem ſalutandi profluxit?

Lucæ 1 c.c PRimũ ex Euangelicis verbis & excẽplis nata eſt hæc ſalutatio, quando nos ita docent afflati diuino ſpiritu, magnus Gabriel Archangelus, & præcurſoris Domini mater ſancta Elizabetha.

Deinde confirmat nobis hanc ſalutandi formulam vſus & conſenſus Eccleſiæ perpetuus, quem ſancti Patres [a] & maiores in hũc vſque diem religioſiſsimè obſeruarunt, ac obſeruari à nobis voluerunt.

[a] Athan. in euang. de Sanctiſſ. Deipara & plures alij.

XVII.

Quid prodeſt huiuſmodi Salutatione vti?

HIS prçclaris verbis admonemur primum ſummi beneficij, quod per Mariam Deiparam æternus Pater inchoare voluit in Chriſto, & humano generi redimendo

Gala.4.a

mendo clementer exhibere.

Tum inſignis hæc eſt commendatio ſacroſanctæ & admirandæ Virginis, quã nobis Deus inuentricem gratiæ ac vitæ genitricem eſſe decreuit. Lucæ 11. d.1.c

Quare nihil mirum, ſi poſt pia vota, quæ in precatione dominica Deo cõmendauimus, hic acceptæ per Chriſtum gratię memores, non modo Chriſti Matrẽ, ſed etiam Deum Patrem in eadẽ virgine Deipara laudem9, & collætantes angelis, eandem reuerenter, & ſæpe quidem ſalutemus. And. Hieroſ. archie. Cretenſ. in ſalut. ang.

XVIII.

Quis eſt huius ſalutationis ſenſus? Irene. lib.3. ca.31.33.

PRimis quidẽ verbis iure gratulamur, & gratulãdo prædicamus eam, quæ nobis Euam ſecundam eamque felicem præſtitit. Etenim quod illa prior mũdo intulit Væ maledictionis, hæc ſuo ſalutifero partu ſuſtulit, ip- Hie. ad Euſtoc. de cuſtod. virg. Inno.3. ſer. z. de aſsũp. Ber hom.2 ſupra Miſſus eſt.

ſamque

ſamque maledictionem filiorum
Aug.ſer.2 de annunc. Adæ, benedictione perpetua cõmutauit.

Digna quidem illa, quæ *gratia plena* prædicetur, vt quæ plena Deo, plena virtutibus, ſola
Ambr.in 1. ca.Lucæ. (nam Ambroſij verbis vtemur) gratiam, quam nulla alia meruerat, conſecuta eſt, vt gratię repleretur authore. Et quis potuit in
a Lucæ 1. d ei⁹ anima a vel corpore loc⁹ eſſe vitiorum, quando ſancti ſanctorum eſt templum effecta?

Additur porro, *Dominus tecum*, quia & virtus Patris illi ſingulariter a obumbrauit, & Spirit⁹ ſanctus cumulatiſsimè ſuperuenit, &
b Ioan.1.a b verbum caro factum ex illa,
Pſalm.18.a tãquam ſponſus de thalamo ſuo,
Eſaię 7.c admirabiliter proceſsit. Ad hæc
Ezec.44.a *benedicta in mulieribus*, quia virginitate ſponſa ſimul & fœcunditate mater exiſtit, quam proinde
c Luc.1.c ſummo iure c beatam dicunt, ſemperque dicẽt, omnes generationes

nes Mulier tota [d] pulchra & immaculata, Virgo ãte patrũ, in partu, & poſt partũ [e] ſemp incorrupta, ab omni [f] peccati labe libera, ſup cœlos oẽs exaltata, quæ nec min⁹ viuificãdo profuit, quã infelix Eua obfuit mortalib. occidẽdo

Et benedictus fructus ventris tui Ieſus, vt qui ex Maria radice [g] velut flos aſcendens, & ipſe quodãmodo terrę fructum ſe pręſtitit, & ęternæ ſalutis fructum ita mẽbris ſuis, ſicut [h] vitis palmitib⁹ ſuccũ & vigorẽ ſuppeditat. Verè [a] beatus vẽter, qui te portauit, & edidit mũdo Saluatorem, verè beata vbera, quæ de cœlo plena, filium Dei lactauerunt.

Et additur demum ab Eccleſia, [b] *Sãcta Maria mater dei ora pro nobis peccatoribus, nunc & in hora mortis noſtræ.* Quippe ſanctorũ [c] Patrum

veſti-

d Cant. 4. b

e Amb. in Heluid. & in apolo. proli. aduer. Iouin.

f Aug. de nat. & gra. cap. 36. Cõc. Trid. ſeſſ. 5. Item ſeſſ. 6. Can. 23.

g Eſaiæ 1. 2.

h Ioan. 15. a

a Lucę 11. d

b Vide antiq. Breu. Rom. & nouũ ex edicto. Conc. Tri editũ.

c Effrem de laud. Mar. & in orat. ad eãd. Itẽ in lã. B. virg. Ire. li 5 Naz. in Cyp. & in trag. Chri. pat. Fulg. in ſer. de lau. B. vir. Anſ. de excel. B. vir. c. 12. Ber. ſe. 2. do. 1. poſt oct. epi. & ſer 1. & 4. de aſſũ.

veſtigijs inſiſtentes, non modo laudabilem & admirabilem illam virginem, quæ ſicut lilium eſt inter ſpinas, ſalutamus, ſed & eá virtute Dei auctam eſſe tãta credimus atq; profitemur, vt poſsit prodeſſe, fauere, annuere miſeris mortalibus, dum hi præſertim ſe ſuaqne vota illi commendant, ac diuinam gratiam matris interceſſione ſupplices expetunt.

XIX.

Patrum de Maria Virgine teſtimonia.

Li. 5. cont. hæreſes.

IRenæus. Sicut Eua ſeducta eſt vt effugeret Deum, ſic Maria ſuaſa eſt obedire Deo, vti Virginis Euæ virgo Maria fieret aduocata: & quemadmodum adſtrictum eſt morti genus humanum per virginem, ſaluatur per Virginem, æqua lance diſpoſita virginalis inobedientiæ per virginalem obedientiam.

In Liturgia.

Chryſoſtomus. Vt verè dignum

&

& iuſtum eſt glorificare c Deiparam, & ſemper beatiſsimá, & penitus incontaminatam Matrem Dei noſtri, honoratiorem Cherubin, & glorioſiorem incomparabiliter Seraphin, quæ citra corruptionem Deum peperiſti: verè Deiparam te magnificamus. Aue gratia plena Maria, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui, quoniam Saluatorem animarum noſtrarum peperiſti.

Ambroſius, Sit nobis tanquam in imagine deſcripta Virginitas vitaq; beatæ Mariæ, de qua velut ſpeculo refulget ſpecies caſtitatis & forma virtutis. Quid nobilius Dei matre? quid ſplendidius ea, quam ſplendor elegit? quid caſtius ea, quæ corpus ſine corporis contagione generauit? Talis fuit Maria, vt eius vnius vita omnium diſciplina ſit. Lib. 2. de virginib. In euang: de ſancta noſtra deipara.

Athanaſius. Quandoquidem ipſe

ſe rex eſt, qui natus eſt ex virgine, idemq; Dominus & Deus, ea propter & mater quæ eum genuit, & Regina, & Domina, & Deipara propriè & verè cẽſetúr. Iſta noua Eua mater vitæ appellatur, variegataq; permanat ad primitias vitæ immortalis omniũ viuentium. Dicimus eam igitur iterum atq; iterũ & ſemper & vndequaque beatiſsimam. Ad te clamamus, recordare noſtri ſanctiſsima Virgo, quæ etiam a partu Virgo permanſiſti. Aue gratia plena Dominus tecum: beatam te prædicant omnium angelorum & terreſtrium hierarchiæ. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Intercede, ora, & domina, & regina, & mater Dei pro nobis.

GREGORIVS NAZIanzenus.

in Trag Chriſtus patiens.

O ter beata mater, ò lux virginum.
Quæ templa cæli lucidiſsima incolis.

Mor-

Mortalitatis liberata ſordibus,
Ornata iam immortalitatis es ſtola
Meis benignam ab alto aurem exhibe
verbis.
Measq́ꝫ virgo ſuſcipe,obſecro,preces.

Auguſtinus. Sancta Maria ſuccurre miſeris,iuua puſillanimes,refoue flebiles,ora pro populo,interueni pro clero,intercede pro deuoto fœmineo ſexu:ſentiant omnes tuum iuuamen,quicunq; celebrant tuam commemorationẽ. Serm. 2. de annunciat. Domini.

Fulgent. Facta eſt Maria feneſtra cœli,quia per ipſam Deus verum fudit ſeculis lumẽ. Facta eſt Maria ſcala cęleſtis, quia per ipſam Deus deſcendit ad terras, vt per ipſam homines aſcendere mereantur ad cœlos. Facta eſt Maria reſtauratio fœminarum, quæ per ipſam a ruina primæ maledictionis probantur eſſe ſubtractæ. Ser. de laudib. Mariæ.

Bernardus. Virgo regia ipſa eſt via, per quã ſaluator aduenit,procedens de ipſius vtero, tanquam Serm. 2. de aduẽtu, & ſup Miſſus eſt, & in illud Apoca. Signũ magnum apparuit.

Itẽ in ſer. de natiuit. Virginis.

ſponſus de thalamo ſuo. Per te acceſſum habeamus ad filium o benedicta inuentrix gratiæ, genetrix vitæ, mater ſalutis, vt per te nos ſuſcipiat, qui per te datus eſt nobis..

CAPVT TERTIVM DE CHARITATE & Decalogo.

I.

Eſtnè ſatis Chriſtiano in fidei ac ſpei doctrina inſtitui?

REFert ſummoperè illum, qui Fidem ac Spem eſt conſecutus, Charitate quoq; præditum eſſe. Nam de his tribus coniunctim docet Paulus, ***Nunc manent,*** a inquit, ***Fides, Spes, & Charitas, tria hac, maior autem horum eſt Charitas.***

a 1. Cor. 13. d.

b. 1. Co. 13. a Marci 12. c Matth. 7. c

Magna certè Fides, quæ ſatis eſſe b queat ad montes transferẽdos, & patranda miracula: magna etiam

na etiam Spes, ſalutis quædam[c] galea & anchora, quæ propoſita Dei bonitate, & præmij magnitudine tum efficacem conſolationem laborantibus, tum fiduciam ſingularem precátibus ſuggerit. Maxima vero Charitas, [d] virtutum omnium princeps, quæ modum finemque neſcit, nec morientes deſerit, morte ipſa fortior, qua ſine fides & ſpes Chriſtiano quidem ineſſe, ſed ad benè beateque viuendum [e] ſufficere minimè poſſunt. Vnde â Ioanne dictum eſt: [f] *Qui non diligit, manet in morte*, quamuis interim credat ac ſperet ille, vt fatuæ virgines in [g] Euangelio nobis exemplo eſſe poſſunt.

c 1. Theſſ. 5. b. Heb. 6. d Epheſ. 6. c
d Proſ. li. 3 de vita contēp. c. 13. & 15. Aug. in pſalm. 47. Idē tract. 5. in epi. Ioā. Item in Enchir. c. 117. ſerm. 53. de temp.
e Aug. 15. de Trinit. cap. 18.
f 1. Ioā. 3. 5
g Mat. 25. a Aug. ſerm. 23. de verbis dom.

II.

Quid verò eſt Charitas?

VIRtus infuſa diuinitus, qua ſincerè diligitur propter ſe Deus, & propter Deum proximus.

Matt. 22. d Lucæ 10. c Marci 12. c Aug. lib. 3. de doctri. Chri. c. 10.

a Bern. *in* tract. de diligendo Deo. Diligendus enim prçcipuè eſt Deus in omnibus, a & ſuper omnia, & propter ſe ſolum, vt qui vnus ſummum æternumq; bonum exiſtit, quod ſolũ noſtros explet animos: cuius amor & b honor b 1. Cor. 10 g Coloſſ. 3. c noſtræ tum voluntatis, tum actionis omnis initium & ſcopus eſſe debet.

Deinde propter c Deum amandus eſt proxim9, hoc eſt, citra diſcrimen d homo quilibet. quando inter nos oẽs proximi maximaq; propinquitate coniuncti ſumus, ſecundum eandem ſcilicet naturam humanam filijs Adæ communem, & ob diuinam gratiam æternamq; gloriá cunctis, qui velint, communicabilem,

c Aug. ho. 38. ex. 50. d. Aug. in pſalm. 118. conc. 8. Itẽ ſerm 53 & 59 de tempore.

III.

Quot ſunt Charitatis præcepta?

DVo quidem ſummaria, quorũ primũ de diligẽdo Deo, ſic a in veteri nouaque lege proponitur. *Diliges Dominũ Deum tuum*

a Deut. 6. a Matt. 22. d Marci 12. c

um ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex omnibus viribus tuis. Hoc eſt primũ & maximum mandatũ. Secundũ autẽ ſimile eſt huic. Diliges proximum tuum ſicut teipſum. In his duobus præceptis vniuerſa Lex pendet & Prophetæ. Lucæ 10 c Greg. li. 10. Moral. ca. 6. & 7.

Hæc charitas eſt b plenitudo legis & ſũma iuſtitiæ, hoc eſt c vinculum perfectionis: charitas, inquantum, d de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. b. Rom. 13. c b. Colo. 3. c

IIII.

Quo indicio ſe prodit ſincera charitas?

PRobatio a dilectionis ſeu charitatis, exhibitio eſt operis, & diuinorum obſeruatio mandatorum. Vnde & Ioannes Chriſto dilectus inquit. b *Hæc eſt vera charitas Dei, vt mãdata eius cuſtodiamus & mandata eius grauia non ſunt*. Et rurſum: c *Qui dicit ſe noſſe DEVM, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt, & in hoc veritas non eſt.* a Greg. ho. 33. in Euan. b 1. Ioã. 5. a c 1. Ioã. 2. a

Qui autem ſeruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta eſt, In hoc ſcimus, quoniam in ipſo ſumus.

d Ioan. 14.b.c Quin etiá Chriſtus ipſe docet: d *Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Qui habet mandata mea, & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat*

Exod.20. a b 34.d Leu.19,2.b Deut.4.a b 5.a b 10.a a Matt.19. c 22.b Marc.10.c & 12. c Lu.18,d.& 10.e Ro.2.b 13. c 7.b Galat 5.c Iac.2.b,1. d.4 c. 1.Tim.1.b Cōc. Trid. ſeſſ.6 can. 19.20. 21.

V.

Quæ ſunt mandata Dei ad Charitatem præcipuè ſpectantia?

DEcem Dei verba, primum per Moyſen Iudæis tradita, & deinde per Chriſtum & Apoſtolos a Chriſtianis omnibus commendata, quæ & Decalogi nomen obtinuerunt, atq; ita recenſentur,

Ego ſum Dominus Deus tuus.

I. Non habebis Deos alienos corã me.

Non

Non facies tibi ſculptile, b vt adores illud. b. Leu. 26. Exponunt Decal. Orige. in Exodo hom. 8. Aug. quæſti. 71. in Exo. & ſer. 95. de tempore & de decē chordis.

II. *Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum,*

III. *Memento vt diem ſabbati ſanctifices.*

IIII. *Honora Patrem tuum & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram, quam Dominus Deus dabit tibi:*

V. *Non occides.*

VI. *Non mœchaberis.*

VII. *Non furtum facies.*

VIII. *Non loqueris contra proximum falſum teſtimonium.*

IX. c *Non concupiſces vxorem proximi tui.* c. Deut. 5.

X. *Nō domū, non agrū, non ſeruū, non ancillā, non bouē, non aſinū, & vniuerſa quæ illius ſunt.*

VI.

Quid ſibi vult hoc exordium, Ego ſum Dominus Deus tuus?

Deu.6.a 4.d.10.d Mala.1 b.d Hier.32.c Pſal.46.a

DEcalogum exorditur Deus a notitia ſui,& ab inſinuatione maieſtatis ſuæ, vt cognitum Le-giſlatorem magis reuereamur, e-iuſq; propoſitis mandatis maior apud omnes authoritas conſtet.

a Matt.5 c 19.c 28.d Heb,5.c Pſa.118.a.c 1.Ioan.3.d Aug.quæſt. 140.ſuper Exod. b.Rom.8. c Ioan 1.c

Nempè tam ſerio nobiſcum agi-tur,vt ſi vnquam a ſalui eſſe veli-mus,hic velut in clariſsimo ſpe-culo. diuinæ maieſtatis volunta-tem,omnemq; rectè viuendi ra-tionem certo contemplemur,ag-nitamq; legem illam ſanctiſsimã, b adiuuante Chriſti Spiritu, accu ratè ſeruemus,

Philip.4.c c Pſal.83.b Deu.28.a b d Ezech.36 f.& 11.d

Nec enim præcepit ſolum,ſed c benedictionem quoque promit tit, & opem tribuit noſter legisla tor. d *Spiritum meum*,inquit, *ponã in medio veſtri, & faciam vt in præce ptis meis ambuletis,& iudicia mea cu ſtodiatis & operemini:*

Matt.11.d 1.Ioan.5.a

Quare cum Chriſtus etiam præ-cepiſſet. *Tollite iugum meum ſuper vos*,ne quis cauſaretur difficulta-

tem,

tem adiecit, *Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue*, ijs videlicet, qui gratiæ ſpiritu imbuti, in charitate non ficta ambulant.

Cõc Trid. ſeſſ 6. can. 11. & can. 18 Chryſ. li. 1. de cõpunct. cordis. Baſ. quæſt. 176. in regulis breuiorib. Aug. de natu. & grat. c. 43. & 69. Itẽ ſerm. 61 & 191. de temp. Hieron. in ſymbol. ad Damaſ.

VII.

Quid complectitur in ſe primum præceptum?

PRohibet ac damnat idololatriam, obſeruationes ſuperſtitioſas, vſum etiam artis magicæ vel diuinatoriæ.

Docet etiam atq; exigit, vt nullam prorſus a creaturam quantũuis excellentem pro Deo habeamus, ſed ſolum vnũ verum, æternum, immenſumq́; Deum credamus & confiteamur, eiq́; vni ſacrificium & ſingularem ſummumq́ue b cultũ, quem Græci λατρείαν appellant, exhibeamus.

Deut. 12. a 4. b. c. 18. b 1. Reg. 28. a Pſal. 113. b. c Leui. 19. f 20. a. e Eccleſiaſt. 34. a

 Hoc

a Auguſt. li. 10. de ciuit. Dei ca. 1 de epiſt. 49. ad Deo gratias quæſt. 3. b Auguſt. 10. de ciuit. Dei, ca. 1. & 4. cont. Fauſt. lib. 15. cap. 9. & lib. 20. ca. 21: Ioan. 4. c. Rom. 10. c 1. Ioan. 4. b. e Matth. 4. b. Lucæ 4. b. Eſaiæ 43. a. b. 1. Tim. 6. c. Rom. 9. b. Pſalm. 83. d

Hoc fit, vt ſuper omnia colamus, inuocemus, adoremus ſummum illud æternumque bonum, Optimum Maximum Creatorẽ, Redemptorem, Saluatorem, vnũ & immortalem Deum, qui eſt ſuper omnia benedictus, omnis gratiæ & gloriæ largitorem.

VIII.

Quomodo præter Deum Sanctos colimus & inuocamus?

a Rom.1.a 2.Cor.1.a Philip.4.d Coloſſ.1.a Philem.b b Apo.7.c.d c.Heb.11.f Epheſ.5.f Apo.5.& 7 c.d.21.a.g 22.a Epheſ.4.f 1.Cor.6.d

DE Sanctis, hoc eſt, ſanctificatis & in Chriſto renatis, omnibus hoc loco non agimus, ſicut a Paulus hoc nomen ad Chriſtianos omnes crebro refert: ſed eos intelligimus, qui vera ſuæ ſanctitatis b in cælo præmia ſunt conſecuti. De quibus idem Paulus teſtatur, quod c *per Fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, & adepti repromiſſiones.*

At hi verè quidem ſancti & immaculati ſine macula & ruga, hæc præſtantiora Eccleſiæ membra,

&

& electa prorſ9 organa diuini ſpi ritus, in quæ peccatum ac malum iam nullum cadere poteſt. Qui Sácti partim ex Angelica, partim ex humana natura conſtát, creaturæ quidem illæ omniũ nobiliſſimæ ac beatiſsimæ, quibus datũ eſt, vt ſummis & æternis in cœlo bonis affluant, & cũ [d] Chriſto domino ſemper coniunctiſsimè viuant.

Igitur & illius gratia, quæ apud nos in terris geruntur, poſſunt [e] intelligere: & quoniam eximia in fratres etiam abſentes charitate flagarant, ſalutis noſtræ cura [f] tãguntur, nobis perpetuo fauent & optant quæque ſalutaria, tantoq; ſtudioſius cauſam noſtrã agunt, quo ſunt min9 de ſe ipſis ſolliciti, quoque maiorem ſinceræ [g] charitatis ac virtutis omnis

d Phil.1.c 2.Co.5.a.b Gre.4.Moral.ca.32.
e Gregor. lib.12. Moral.ca.13. & li.4.dialog.ca.33. Aug. de cura pro mortuis ca.15. & 16. Orig.cont. Celſum l.8. 4.Reg.5.g 6.b 1.Cor.14.e
f Dan.10.d Matt.18.b Heb.1.d Tob.12.c Lucæ 15.b Actor.5.d 12.a Apoc.5.b.8.a. Cypri.de mortalitate.
g Hieron. in Vigilant. Bernar.in vigilia Petri & Pauli, & ſer.2. de S.Victore.

nis,quę beatis congruit,perfectionem continenter exercent.

Eſt igitur cur hæc cœli lumina & Eccleſiæ firmamenta, ſimul & ornamenta poſt Deum maxima h veneremur: eſt cur ſanctos hos pręcęteris mortalibus quantumlibet excellẽtibus magnifaciamꝰ, prædicemus, imitemur, & amemus plurimũ: eſt cur eoſdem tãta taliq́ue dignitate iam auctos, magnis afficiamus honoribꝰ, pro noſtra quidem exiguitate: eſt denique cur eos ipſos pro Chriſtiana pietate compellemus ſiue i inuocemus, non ſanè vt per ſe largiantur, ſed vt apud Deũ omnis boni largitorem nobiſcũ precentur, ſintq́ue vel immerentibꝰ fauentes & efficaces interceſſores. Cuiuſ-

h Damaſc. li.4. ortbodo fid. c 16 i Baſi. in 40 martyr. In Mamantem Nazi. in Cyp. Athan. Baſil. Amb. de viduis, & de fide reſur. & in ca. 22. Lucæ. Chryſo. ho 66. ad pop. Effrem. de laud. mart. Hier. in epitap. Paulæ. Aug. de cura pro mort. ca. 4. Et li. 7. cont. Dona. ca. 1. Bern. ſer. 66. in Cant. Theod. li. 8. græc. affect. & in Philo. Prudẽt. in li. Peri Stephanon. 7. Syn. actione 6. Vide etiam ſup. in ſalu. angel. Gen. 48. c Iob. 5. a. Gen. 32. f. Oſeæ 12. a. Zach. 1. c. Hier. 15. a

Cuiuſmodi cultus & inuocatio, ſi rectè fiat, nimirum vt ſumm⁹ ille k cultus & honos ſummo Deo debitus, quem λατρείαν diximus, integrè conſtet, nihil ſanè habet incommodi, neq; cum ſcriptura l pugnat, ſed firmis Eccleſiæ teſtimonijs comprobatur, multũque affert vtilitatis.

k Aug. l. 10 de ciu. dei. ca. 1. Aug. li. 20. cont. Fauſt. ca 21. & li 8. de ciuit. Dei, ca. 27. l Rom. 15. g Heb. 13. c Ephe. 6. c Col. 4. a. 1. Theſ. 5. d. 2. Theſ. 3. a. Lu. 7. a. Iob. 42. b. c.

Quod autem hunc in modum ſanctos colimus, & cum Eccleſia inuocamus, adeo Chriſti ſaluatoris & Domini noſtri gloriam m non obſcurat, vt etiam magis illuſtret, amplificet, augeatque. Hic enim Chriſti redẽptoris virtus eximia ſplendeſcit ac gloria, quod is non quidem in ſe tantũ, ſed in n ſanctis etiã ſuis eſt appareatque potens, glorioſus, mirabilis: quod eoſdem o honorat ipſe, nimiſq; p honorari vult in cęlo & in terra: quod p eos itidẽ, & propter q eos multa largitur, & parcit

m Trid. Cõcil. ſeſſ. 25. n Pſal. 67. g o Ioan. 12. d Matt. 6. d Lucæ 19. c Apoc. 3. d p Pſal. 138. d q Chry. ho. 2. in pſal. 50 & ho. 27. in Mat & ho. 42 in Gen & ſerm. de virtut. & vitijs.

ſæpe

ſæpe immerentibus. Nec enim obſcurum eſt, quod r Abraham, Iſaac, Iacob, Dauid, Hieremias, quanquam defuncti, viuis tamen profuiſſe legantur.

r Gen. 26. a.c Exo. 32. a.c 3.Reg.15.a. Eſaiæ 37.g. 4.Reg.19.g. 2. Mach.15.b. c.

Vnde Patres cum de Sanctis loquuntur, s ſuffragatores eos & interceſſores, patronoſq; noſtros frequenter appellant. Nec immerito ſanè, quod Sanctorum fida ſuffragia, cum humiliter & piè in Chriſti nomine implorantur, experientia teſte, multis opitulentur.

s Amb. de viduis, & in c.22. Lu. Leo ſer. 1. & 2. de Petro & Paulo. Et in ſermo. de aduerſ. Pōt. f. Paulin. ad Cytherium, & de B Felice. Maxim. de Taurinis martyrib. Baſ. in 40 martyr. Aug. quæ. 108. in Exo. Euſe. de præparat. Euan. li. 13. ca. 7.

Quare iam pridem damnati ſunt t Vigilantiani, qui Sanctos & horum v reliquias ſacras ſuis fraudāt honoribus, quos illis Eccleſia tribuit orthodoxa.

Nec

t Hie. cōt. Vigilan. & in epiſt. ad Ripariū, & in cap. 65. Eſa. 2. Syn. Nicen. & Gangrenſ. v. 4. Reg. 13. d. Aug. 22. de ciuit. Dei cap. 8. Damaſc. lib. 4. cap. 16. Baſil. in Pſalm. 115. Chryſ. in Iuuent. &

Maxim.Itē in Babylam. Ambro.epiſt. 85. & ſerm. 91.& 92. Trident. ſeſſ. 25.Acto.19 b.5 c.Luc.8 f. Matth. 14.d. Geneſ.19.a. 23.a.33.a.b.42.b.Ioſuæ 5. d.1.Reg 20.g.25.d.4.Reg.2. e

Nec audiendi etiam calumiatores, qui fingunt diuinum honorem in homines hac ratione transferri, Sanctos pro Dijs adorari, creaturas creatori à Catholicis exæquari. Nam longè ſecus rem habere, cum alia multa conuincunt, tum vetus & ſolēnis illa teſtatur ſupplicatio, quā Litaniam vocant. Vbi Deus diuinæque perſonæ primum, ac multo quidem ſublimius quam x Sancti & Sanctorum ordines omnes colūtur & inuocantur. Hinc & illæ de Sāctis inſtitutæ feriæ, quas Auguſtinus aduerſus Fauſtū Manichæum ſcribens, ita y defendit: Populus Chriſtianus, inquit, memorias Martyrum religioſa ſolennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum conſo-

x Ber. ſer. de 4. mod. orandi. Vict. li.3. de pſe. VVād.

y Li.20.cō. Fauſt. ca. 21 In pſal. 88. conc.2.& ſer.47. de Sanctis. Ber. in vig. Pet. & Pau. Iſid.li.1. de offi. eccleſ. ca.34.& 35.

conſocietur, atque orationibus adiuuetur.

Baru. 6.d Deut. 4.c 5.a Pſal. 113. b 134.c

IX.

Pugnat ne cum hoc primo præcepto vſus receptus imaginum Chriſti atque Sanctorum?

Sapi. 14. b c.d 1 Cor. 10. b.8.b a Leu. 26. a Tert. li. 2 aduer. Marcionem. b Baſil. de ſpirit. ſan. cap. 18. Damaſ. l. 4 ca. 17. de orthod. fide. Ath. ſer. 4. cõt. Arria.

HAudquaquam, quia non, ſicut Ethinci ſolent, adoramus ſculptilia, ligna, lapides, perinde ac a Deos quoſdam (id enim hoc præcepto cauetur maximè) ſed more Chriſtiano & mente pia Chriſtum ipſum & Sanctos illic veneramur, vbi per imagines propoſitas nobis b repræſentantur.

Ita tum preſens, tũ vetus c Eccleſia ſummo conſenſu docet cõmendans

c. 7. Syn. Itẽ. 8. ſyn. can. 3. Aug. li. 1. de cõſ. euãg. c. 10. Damaſus in vita Syluest. Atha. de paſſ. imag. ca. 4. Gre. li. 9. ep. 9. & li. 7. indict. 2. Epi. 53. & 109. Dam. li. 4. ca. 17. orthod. Eul. li. 8. eccl. hiſt. ca. 14. Soz. lib. 5. c. 20. Nice. li. 2. ca. 7. & 43. & li. 6. c. 16. Nice. de imper. Manuel. Cõnen. li. 5. & Ioã. Cõnen. Ion. Aurel. de imag. cultu, & Damaſc. in trib. lib. de imag.

mendâs nobis pias & venerâdas imagines: vt quarũ vſum apoſtolica etiam traditione commendatum acceperimus, & ſacroſancta Patrum ſynodo approbatum retineamus. Imo & veteri [d] ſynagogæ ſuas Deus imagines dedit.

Quapropter damnatus eſt [e] error Iconoclaſtrarum, vt qui inter ſimulachra Deorum & imagines Chriſti atque ſanctorum diſcrimen nullum cõſtituerent: neque rationem temporis gratiæ ſeu nouæ legis haberent, quo Deus homo factus imaginem ſimilitudinemque [f] ſuam initio â ſe creatam ipſe induit, atque in ea ſe nobis repræſentauit. Neque ſolum imperit9 error, ſed etiam nefandus iſtorum [g] furor eſt, qui ſacris è locis imagines ipſas, & in his Dominicam quoque crucem eijciunt, ac ſacrilegis manibus ſacra ferè omnia, vbi poſſunt, demoliuntur.

d Exod. 45. b. 37. a Num. 7. g & 21 b 3. Reg. 6. c. d
e 2. Syn. Nicen. act. 7. & ſyno. 8. can. 7. Nice. li. 1. 6. ca. 27. Greg. lib. 9. ep. 9. ad Serenũ Maſsilien. Trid. ſeſ. 25.
f Gen. 1. d Phil. 2. a
g. Paul. Diaco li. 6. de geſtis Longobard. ca. 14. & li. vlt. de geſt. Roma. in fine Ioan. Patria. Hieroſol. in vita Damaſc.

Quid

Exod. 20. b
Leuit. 19. c
5. a. b
Eccle 23.
b. 27. b
Zach. 5 a
b. & 8. c
Leuit. 24. c
Matth. 5. f
a 8. Tolet.
can. 2.
b Matt. 5. f
Iacob. 5. c
Pſal. 32. a
Ierem. 4. a
Pſal. 14. b
& 75. b
Eccleſ. 5. a
1. Tim. 5 b
Deut. 23. d
c Pſal. 49. c
2. Cor. 2. d
4. a
Trident. ſynod. ſeſſ. 4.
Exod. 20.
b. 31. c.
Deut. 5. b
Leuit. 23. a

X.

Quid nobis præſcribit ſecundum præceptum?

PRohibet abuſum diuini nominis & irreuerentiam, quæ committitur à periuris, blaſphemis, & per Deum, Sanctos, vel ſacra a temere iurantibus, cōtra illud, b *Nolite iurare: ſit ſermo veſter, eſt eſt, non non.*

Deinde requirit, vt iuxta rectum linguæ vſum, ingentem reuerētiam diuino nomini exhibeamus, iuramenta ſeruemus, vota Deo & Eccleſiæ facta non violemus, denique vt verbum c Dei tractemus reuerenter.

XI.

Quid imperat tertium præceptum?

POſtulat Sabbatum ſeu diem feſtū in Eccleſia pijs operibus trāſigi. Vult igitur vt animus tunc adſit curis vacuꝰ, qui

ſe

ſe libere tráſferat ad cultum interiorem & exteriorem Deo in fide, ſpe & charitate præſtandum. Vult, vt expediti diuina meditemur beneficia, tractemus ſacra, oremus & adoremus Deum cum priuatim, tum publicè cum alijs in a Spiritu & veritate.

Hier. 17. d Eſaiæ 56. b Apoc. 1. c Acto. 20. b 1. Cor. 16 a Aug. ad Ianu. epi. 119. cap. 12. & 13 & epi. 118. cap. 1. Item ſerm. 154. de tempore. Leo epiſt. 81. ad Dioſcor. a Ioan. 4. c. Deuter. 5. b. Num. 15. d Leuit. 13. c. Ignat: ad Phil. Leo ſer. 3. de 40. Greg. li. 11. Epi. 3. Hiero. in ca. 4. ad Galat. Aug. contra Adimant. ca. 16. & ſer. 251. de temp. Concil. Mogunt. can. 36. 2. Matiſ. can. 1. Agat. can. 21. & 47.

Prohibet aũt diebus feſtis laborare, operib9 vacare mechanicis, & occupationib9 deditũ eſſe prophanis, nimirũ vt ocio ſancto vacemus adeundo templũ, & audiẽdo publicum Eccleſię ſacrum ſeu Miſſam, & ſtatam concionem, quemadmodum, hoc pręceptum obſeruare pij conſueuerunt.

XII.

Quæ ſumma eſt horum trium præceptorum?

Hæc

a Auguſt. quæſt. 71. in Exod. & in pſal. 32. concio 1.

HAEC tria priora quidem præcepta, quæ ſunt a primæ tabulæ, nos eò inſtituunt, vt verum Deo cultum præſtem9, interiorẽ ſcilicet & exteriorẽ corde ore & opere, priuatim & publicè.

Reliqua ſeptẽ, quę porro ſequũtur, pręcepta ſecundę tabulæ dicuntur, in hoc addita, vt noſtrum erga proximũ officium explicẽt.

XIII.

Quid proponit & iniungit quartum præceptum?

Deut. 5. a Coloſ. 3. d Ephe. 6. a Eccle. 3. a. b Prou. 23. c. Tob. 4. a a Ro. 13. a. 6 Heb. 13. c Tit. 3. a. 2. c 1. Tim. 2. a 6. a 1. Pet. 2. c. 5. b

DOcentur hic filij, quid ſuis debeant parentibus, quorũ & ope in hanc lucẽ editi, & labore liberaliter ſunt educati. Docẽtur & a ſubditi ſuũ deferre officium maioribus, id eſt, omnibus, qui dignitate & poteſtate quadã ſiue in policitis, ſiue in Eccleſiaſticis magiſtratib9 gerendis præcellunt.

Epheſ. 6. a Coloſ. 3. d

Debent autem & illi parentibus, & hi maioribus ſuis tũ inte-

riorem

-riorem, tum exteriorem b quandam reuerentiam & obſeruantiã, c opem itidem & obedientiam.

Vetatur præterea, ne quacunq; ratiõe vel d offendamus, vel cõtriſtemus pſonas eiuſmodi ſublimiores, ſiue verbis aut ſignis, ſiue factis id committatur.

b Leu. 19.g 1. Pet. 2.c Gen. 43.f 1. Tim. 6.a Eccleſ. 4.a Acto. 10.d c. 1. Tim. 5.c 1. Cor 9.b Matth. 10. b. 20.b Lucæ 10. b Heb. 13.c c Prou. 20 Gen. 9. a Leui. 24.c 19 d

Amb. li. 5. Hexame. ca. 16.d Matt. 15. a Exod. 21.c. 22.d Leu. 20.b Deut. 21.d. 27 c. 28. d. 30. b. c. Eccle. 3.b

XIIII.

Quid includit quintum præceptum?

NOn ſolum externam prohibet cædem & vim omnem, quæ corpus & vitam proximi lędit, ſed etiam iram, odium, rãcorem, indignationem, vindictę cupiditatem, & quoſuis internos affectus ad proximi læſionem propenſos amputat.

Requirit a verò animi manſue-

Deut. 5.b Exod. 20. e 21.c Matt. 5. c 1 Co. 2.b 1. Ioan 3.c Ephe. 4.g Coloſ. 3.b Pſal. 4. d Ro. 12.c.d Deut. 32.e Eccl. 28.a.b

Heb. 10.f. 12.d. a Ephe. 2.a. Cor. 3.b. Ro. 12.c.d. 1. Petri 3. Ephe. 6.b. Matt. 6.b. 5.g. 18.c.d Luc. 6.f. Mar. 11.c. Prouer. 24.

b Ephe.4.g ſuetudinem,humanitatē, cleniē-
Leuit.20. tiam,comitatem, beneficentiam:
Deut.22.c nimirum vt iniuriarum facilè ob-
b.19.f liuiſcamur,nec vindictam expe-
23.c tamus,ſed ita cōdonemus inuicē
Matth.5.c offenſas,ſicut in Chriſto Deus b
Eccle.41.a nobis donauit.
1. Corinth.
6.b.d

XV.

Epheſ.4.d
& 5.a
Prouerb.
6 d
Iudæ b.c
a Colo.3.b
Epheſ.5.a
2.Pet.2.b.c
b1.Theſſ.
4 a.
Heb.13.a
Tob.4.b
Matth.15.b
1.Cor 7.a.b
c Tob.3.c
Matth.15 b
Danie.13.
b.f
d 1.Tim.5
b.

Quid habet ſextum præceptum?

PRohibet fornicationē, adulterium & omnem concubitum illegitimum, ac impurā qualemcunque libidinem.

Caueri prætereà & præſcindi vult occaſiones, quæ carnis libidinem irritant ac fouent, vt ſunt a obſcœna verba, cantilenę inhoneſtæ, geſtus impudici.

Requirit ex aduerſo fidem in b coniugio, tum pudicitiam omnē ſiue c cordis in cogitationibus & deſiderijs, ſiue d corporis in lingua,facie,oculis auribus,tactu atq; in omni demum habitu,cultuque

tuque exteriore, vt ſiue ſoli, ſiue eum alijs viuamus, non modo luxus & intemperantiæ notam effugiamus, verumetiam modeſtiam, frugalitatem, continentiamq; ſedulo exerceamus.

Eccl.9.a.b Iob 31.a.b Prou.6.c.d Gene.9.d Deut.25.c Gen.38.b 1.Tim.2.c 1.Pet.3.a Eſaiæ 3.c.d Amos 6.b. Iac, 5.a. Rom, 13.d. Ezech.16.f 2.Tim.5.a.d

XVI.

Quid docetur in ſeptimo præcepto?

PRohibetur [c] omnis rei alienæ illicita contrectatio & vſurpatio per furtum, rapinam, vſuras, lucra iniuſta, dolum malum, & quoſuis contractus alios, quibus fraterna læditur charitas, ac proximus fraude circumuenitur.

Exigit è regione hoc præceptum, vt in omni negotio ſeu commercio inuiolata ſeruetur æquitas, & proximi vtilitas, ſicubi ſeſe offerat occaſio, quacunque ratione ac ope noſtra promoueatur.

a Leu.19. b.c.g Epheſ.4.f 1.Cor.6.b Lucæ 6.c Act.2.d 4.Reg 5.f.g Deut.25.e Prou.11.a 20.b Eccleſ.10 a 1.Theſſ.4.b Pſal.14.a.b Lucæ 6.e Ezech.17.a b.c.d Rom.13.b Matt.5.f.g

XVII.

Quid in octauo præcepto comprehenſum eſt?

Leu.19.b.c Exo.23.a Deu.5.c.10 d.19.c.27.c Pro.12.c.4 d 24.c.25.c Iaco.4.c 1.Pet.2.a Eph.4.f.g Prou.17.a b.c.d.18.a b.19 a Rom.1.d Pſalm.5.a Apoc.21.b 22.c Iac.3.a.b.c

PROHIbemur eo falſum doloſûmue teſtimonium in quenquam proferre, & quoquo modo proximi cauſam in iudicio ſubuertere, vel etiam extra iudicium famam illius lædere: quod ſanè fit à ſuſurronibus, detractoribus, maledicis, criminatoribus & adulatoribus. Breuiter omne mēdacium, & omnis linguæ contra proximū abuſus hîc interdicitur.

Mat.12.c Coloſſ.3.b Epheſ.4.b Prou.15.a Eccl.6.a

Docemur interim de proximo benè & commodè loqui, nempe ad illius defenſionem & vtilitatem ſine fuco, ſimulatione, inſidijsûe.

XVIII.

Duo poſtrema præcepta quid continent?

Deut.5.c Eccleſ.5.a Matt.5.d Rom.13.c 1 Theſ.4.a Iaco.1.a

VEtant concupiſcentiam vxoris, ac rei alienæ: vt non ſolum ab vxore aliena, illicitis com

mercijs,

merciјs,& externa apertaque in- Eſaiæ 1.c
iuſtitia nos abſtineamus, ſed etiã Eccl.5.a
ne voluntate quidem noceamus 18.d
cuiquam,aut nocere deliberem⁹. Pſalm.9.c 61.c

Igitur hoc vtrunque præce- Acto.20.g
ptum cordis ſinceritatem & bene Iob 31.a.b
uolentiam erga omnes integram 1 Cor.10.f
eſſe vult, vt quę in rem & ſalutem Tob.9.d
proximi cedunt, optemus ex a- 10.d
nimo, neque cupiditati vnquam Gen.24.g
cum leui alterius iniuria conſen- 1.Tim.6.b
tiamus.

XIX.

Quò demum referenda ſunt mandata Decalogi omnia?

AD Charitatem, quam nobis a Eod.32.
geminam duæ illæ [a] Tabu- b.&34.a
læ, quibus DEI digito mandata
hæc inſcripta fuére, commendát.
Docent enim primæ mandata,
quæ ad Charitatem Dei: mandata
vero ſecundæ Tabulæ, quæ ad
charitatem proximi ſpectant.

Igitur ex his decem duo quidem priora id faciunt, vt quæ vitia cultui honoriq́; Dei maximè aduerſantur. Idololatria ſcilicet ac periurium in primis caueam9: Tertium porro mandatum admonet, verum purumq́; cultum corde, ore, ac opere fideliter exhibendum eſſe. Quod ſanè vbi rectè obſeruatur, ſolus vtiq; Deus in omnibus & ſuper omnia diligitur ac honorificatur.

Iam ſumma Præceptorum quæ ad proximum diligendum pertinent, vel hoc vno conſtat, [b] *Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne aliquando alteri facias.* Cui reſpondet illa Chriſti ſententia, [c] *Omnia quæcunque vultis vt faciunt vobis homines: & vos facite illis. Hæc eſt enim Lex & Prophetæ.*

b Tob. 4.

c. Matt. 7. d
Lucæ 6. d

XX.

Quæ ſunt fraternæ charitatis officia & argumenta.

DE his Paulus ita diſſerit: *Charitas patiens eſt, benigna eſt. Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa. Non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, nõ cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia ſuffert · omnia credit. omnia ſperat, omnia ſuſtinet.* 1. Cor. 13. b Greg li. 10. Moral. ca. 8

Chriſtus vero, vt ſeipſum nobis veræ perfectæque charitatis exemplum præbeat, in poſtrema illa cœna, quam præclaris ſuæ charitatis indicijs mirè condiuit, tam ſerio dixit. [d] *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem.* Ac iterum: [e] *Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos.* Quod tanti ſanè eſt momenti, vt Paulus affirmet, [f] *Qui diliget proximum, legem impleuit.* Ioan. 13. a Lucæ 22. c d Ioan, 13. d e Ioan. 15. b f Rom. 13. c

Igitur vt hunc de Charitate locum oraculo diuino abſoluamus.

g Deu 30. d g *Elige vitã, vt et tu viuas, et ſemẽ tuũ, & diligas dominũ Deum tuũ, atq; obedias voci eius, et illi adhæreas. Ipſe enim eſt vita tua, & longitudo dierũ tuorũ.*

Tuncne quiſquam dubitet, Euangelicam Chriſti doctrinam hac in parte cum Lege quadrare, dictum illud à Chriſto meminerimus:

h Mat. 19. b mus: h *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* Et alibi poſt commendata Charitatis præcepta & opera, idem hæc verba ſubiunxit: a *Hoc*

a Luce 10. c *fac, & viues.* b *Non enim auditores*

b. Rom. 2. b *legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur.*

c Gen. 6. b 7. a In orat. Manaſſes. Sap. 10. b. c Matth. 23. d. 1. c Iob 13. c Lu. 1. a. 2. d Iac. 2. d

Ex hiſce c factoribus erant Abel, Noë, Abraham, Zacharias, & cęteri, quos ſcriptura iuſtos apud Deum fuiſſe teſtatur, vt qui opere & veritate Deum proximumque diligerent.

Quare Dauid inter eos haud poſtremus, & ſanctè gloriabũdus canit:

d. Pſa. 118. d nit: d *Viã mandatorum tuorum cucur*

e Pſal. 118. x *ri, cùm dilataſti cor meum,* e *Dilexi,*

ſer-

ſeruaui. cuſtodiui mandata tua & teſtimonia tua:[f] *In cuſtodiendis illis retributio multa.*[g] *Maledicti qui declinant à mandatis tuis.* f Pſal.18.d g.Pſal.118.

DE PRAECAEPTIS ECCLESIAE.

I.

Sunt nè præter Decalogum alia præcepta Chriſtianis obſeruanda?

SVnt vtique, quando [a] Legiſlator & [b] Magiſter noſter Chriſtus non ſolum docuit [c] pręcepta Decalogi, ſed etiam in vniuerſum præcepit, quæ ad obedientiam Apoſtolicis & Eccleſiaſticis mandatis præſtandam ſpectant. a Iac,4.c b Mat.23.b c Matt.19.c

Hinc extant Euangelicæ illæ ſententiæ: [d] *Sicut miſit me pater, & ego mitto vos,* [e] *Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit.* [f] *Si non audierit eos, dic Eccleſiæ: Si autẽ Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.* d Ioã.20.c & 17.c e Luc.10.c f Mat.118.c

Vbi ſummum atque extremum iudicium Chriſtus defert, deferriq; iubet ad Eccleſiá. id eſt, g ad Eccleſiæ Præpoſitos & Rectores, ſicut Chryſoſtomus h interpretatur, & verba Euangelij mox ſequentia declarant atque conuincunt.

g 3. Re. 8. b
h Ho. 61. in Mat. Et Baſil. c. 30. cõſtit. monaſti. Itẽ Theophy. & Euthym. in c. 18. Matth.

Proinde nec fruſtra ſcriptũ eſt de Apoſtolo Paulo: a *Perambulabat Syriam & Ciliciam, confirmans Eccleſias, præcipiens cuſtodire præcepta Apoſtolorum & Seniorum.*

a Act. 15. g. & 16. a.

II.

Cuiuſmodi porrò ſunt Apoſtolorum Seniorumq; præcepta, quæ Paulus cuſtodire iuſſit?

PAuli diſcipulus Dionyſius Areopapita a teſtatur, duplicis ea generis, vtpote, partim ſcripta partim non ſcripta eſſe. Ad vtrunque genus pertinet, quod Ioãnes affirmat Euangaliſta: b *Qui nouit Deum, audit nos, qui non eſt ex DEO, non audit nos: in hoc cognoſcimus ſpiritum*

a De Eccl. Hierar. c. 1. Et Baſil. de Spir. ſanct. ca. 27. Euſ. li. 1. demõſt. euang. 3. 8. Epip. hære. 61. cont. Apoſt. Tert. de coron. milit.
b 1. Ioã. 4. b

ritum veritatis, & ſpiritum erroris.

Ac primum quidem genus, quod literis mandatur, ſcriptisq; legibus conſtat, ſatis eſt perſpicuum: quia libris canonicis conſtat.

Poſterius vero circa præcepta & inſtituta ea verſatur, quæ vno traditionum nomine comprehendi, & ſic a [c] Patribus nuncupari ſolent. Non enim ſcripto, vti ſuperiora, ſed viua voce tradita, & veluti per manus a Maioribus ad nos tranſmiſſa, Eccleſiæque commendata retinentur.

c Cypr. de ablu. pedũ. Hier. cont. Lucifer. Chry. in 2. ad Theſſ. 2. hom. 4.

III.

Eſtnè vtrunq; hoc præceptorum genus obſeruatu neceſſarium.

EST planè, ſi doctorem Paulum ſequimur ita præcipientem: [a] *State & tenete Traditiones, quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram.* Vnde laudat hoc nomine Corinthios, quod Apoſtolica [b] præcepta, quæ viua voce tradita iam acceperat, ſedu-

a 2. Theſſ. 2. d. & ibi. Cyp. Chryſoſt. & Theophy.
b 1. Co. 11. b

lo cuſtodirent. Tũ admonet Theſſalonicenſes, [c] vt ab omni ſe fratre ſubducant, qui inordinatè, & non ſecundum traditionem ab Apoſtolis acceptam ambulat,

c 2. Theſſ. 3. b

Atque hoc eſt, quod ſacroſancta Synodus Nicæna [d] diuinæ ſcripturæ conſonans, verbis tam luculentis expreſsit: Oportet nos Eccleſiaſticas Traditiones, ſiue ſcripto, ſiue conſuetudine in Eccleſia retentas, vnanimiter & inuiolabiliter obſeruare. Et apud Cyprianum [e] legimus, non minoratum eſſe, quod dictante Spiritu ſancto Apoſtoli tradiderũt, quam quod Chriſtus ipſe tradidit. [f] Sicut enim par eſt Spiritui ſancto & Chriſto diuinitas: ita vtriuſque in ſuis inſtitutis æqua eſt authoritas & poteſtas.

d 2. Nicęn. cont. Iconomachos Actur. 7. Item 8. Synod. can. 1.

e De ablut. pedum.

f ibidem.

IIII.

Quomodo cognoſcemus, quæ ſint Apoſtolicæ & probatæ in Eccleſia Traditiones?

DE

DE his nobis Regulam obſeruatu dignam a Auguſtinus præſcribit. Illa, inquiens, quæ nõ ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, quæ quidem toto terrarum orbe ſeruantur, datur intelligi, vel ab ipſis Apoſtolis, vel plenarijs concilijs, quorum eſt in Eccleſia ſaluberrima authoritas, commendata atque ſtatuta retineri, Sic idem b contra Donatiſtas, imo hæreticos omnes diſſerens, hoc grauiter admonet, Quod vniuerſa tenet Eccleſia, nec Concilijs inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt, non niſi authoritate Apoſtolica traditum rectiſsimè creditur.

a in epi. 118 ad Ianuarium ca. 1.

b Li. 4. ca. 24, & lib. 2. cap. 7 Item li. 5. ca. 23.

Cui Leo ille magnus c conſonans ait: Dubitandum non eſt, quicquid in Eccleſia in conſuetudinem deuotionis eſt retentum, de Traditione Apoſtolica, & de Sancti Spiritus prodire doctrina.

c Ser 2. de iciun. Pẽte,

V.

Cuiuſmodi ſint Traditiones Apoſtolicæ, quæ Christianis veniunt obſeruandæ?

a In cb.6. ad Rom.
b Li.10. de gen.ad li. c.23.& cōt. Don.lib.4. ca. 24.
c De Eccle. Hierar.c.7.
d In exhortat.ad caſtitatē,& de coro.milit.
e ad Marcel lā,cōt.err. Mont.
Epiſt.54.
f Cont. Aëriū,her.75.
g In officio Mediolan.
h in Litur.

EXempla ſatis multa apud Patres extāt, & eos quidem, qui vel ante mille annos fidem publicam meruerunt, Nimirum ſecundum Traditionem a Origenes, & b Auguſtinus docent, paruulos eſſe baptizandos.

c Dionyſius, & d Tertullianus oſtendunt, precationes & oblationes pro defunctis ad altare fieri oportere.

Hinc e Hieronymus & f Epiphanius ſtatas Eccclesiæ ieiunationes, præſertim Quadrageſimæ, obſeruandas eſſe commonſtrant.

Sic etiam g Ambroſius & h Chryſoſtomus eorum dignitatem adſtruunt, quæ in ſacro Miſſę officio ſolenniter peraguntur.

Tum

Tum præter a Damaſcenum Patres, quos Nicęna Synodus ſecunda b citat, eadem ratione teſtantur, quod Chriſti & ſanctorũ eius imagines deceat venerari.

a Li. 4. de ortho. fide ca. 17. & in li. de imag.
b Actio. 6. Tom. 4. & actione 7.

Demum, vt cæteros omittamus, Magnus ille c Baſilius ob Traditionem retineri vult ſacrũ Chriſma, aliasq́ue ſolennes ceremonias, quæ ſacramentis ſanctiſſimis adhibentur.

c De Spiri. ſanct. c 27.

Et addit d Baſilius: *S*i inſtituta conſuetudinesq́; non ſcriptas tanquam in eis vis magna non in ſit, ſemel repudiare aggrediemur clam ac pedetẽtim ratas ipſas Euangelij ſententias improbabim⁹, aut potius ad inane nomen eius prædicationem contrahemus. *S*ed Apoſtolicum exiſtimo, e ait, ijs etiam Traditionibus, quę ſcriptæ non ſunt, inhærere.

d Ibidem.
e Ca. 29. eiuſdẽ libri.

VI.

Quantum hodie circa Traditiones Apoſtolicas & Eccleſiaſticas aberratur?

PLVrimum, dum eas plerique contemnunt, alij negligunt, aut certè pluris nō faciunt quàm Politicorum [a] magiſtratuum conſtitutiones & hæc inſtituta eſſe hominum fingunt, quæ vel obſeruare, vel omittere, liberum ſit, exiguęq́; , aut nullius omnino frugis: ipſi ἀδιάφορα vocant.

a Ro.13.a

Sunt qui vniuerſas ferè Traditiones eiuſdem eſſe ponderis volunt, atque adeo fœdè commiſcent Scripturę loca, perinde ac idem ſit iudicium de Traditionibus [b] Phariſaicis & Apoſtolicis, de [c] Iudaicis & [d] Eccleſiaſticis, de priuatis ſeu particularibus, & [e] ijs quæ totius Eccleſiæ conſenſu receptæ, cōmunique piorum vſu tot ſeculis cōprobatæ, ac veluti per manus ad nos tranſmiſſę, vbique ferè gentium comperiuntur.

b Mat.15.a. Marc.7.a.b

c Col.2.b.d

d Theſ.2.d Acto.15.c. 16.a

e Aug.in epiſt. ad Ianuar.118.c. 1.& 2. Item epiſt.86.ad Caſul.

Quid

VII.

Quid verò de ijs iudicandum, qui Eccleſiæ traditiones repudiant, ac pro nihilo habent?

HOs verbum Dei redarguit ac damnat, cum Traditiones a obſeruandas eſſe decernit, cum iubet b Eccleſiam audire, & Apoſtolorum Seniorumque c præcepta cuſtodire. Verbū Dei eſt, quod ſubijcit nos Magiſtratibus cum d Politicis, tum e Eccleſiaſticis, modeſtis f iuxta & diſcolis propter g conſcientiam: vult illorum legibus & reuerentiam h & obedientiam deferri maximam. *Obedite*, inquit, a *Præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis*: *Omnia* b *quæcunque dixerint vobis, ſeruate facite ſecundum opera verò eorum nolite facere.*

a 2.The.2.d 1.Cor.11.b Mat.18.c b Act. 15.c 16.a. d Ro.13.a Matth.22.c e Mat.23.a Lucæ 10.c f 1.Pet. 2.c g Ro.13.a h Titū 3.a

a Heb.13.c b Mat.23.b c 1.Theſſ. 1. 4.b 1.Cor. 14.g d Ioan. 20. e.17.c Lucæ 10.c e Cypr. lib. 4.epi. 5. ad

Quapropter iſti non tam homines ſpernūt, c quam Deum ipſum Optim. Maxim. quem in d Apoſtolis eorumque e ſucceſſoribus

Florẽt. Pup pianum. Baſi. ca. 23. cõſt. mona ſticarum.

audire ac reuereri ſanè oportebat. Igitur planè verbo Dei reſiſtũt, dum poteſtati & ordinationi Dei reſiſtũt, hinc ſibi dãnationẽ acquirunt, ſi Paulo [f] credimus.

f Rom. 13 a

g Baſil. de ſpir. ſanct. cap. 27. Aug li. 4. cont. Don. ca. 24. & li. 2. ca. 7. lib. 5. ca. 23. & 26. Epip. hære. 55.

Nimirum diuina eſt iſthęc ordinatio, quæ nec aboleri poteſt humana authoritate, vt certis legibus, ijsque partim ſcriptis, partim nõ ſcriptis, quas [g] Apoſtolica nobis cõmendat Traditio, Eccleſia regatur, dogmata cõſeruẽtur, religio vindicetur, alatur cõcordia, diſciplina retineatur.

VIII.

Quid Patres hac de re iudicarunt?

Euſ. li. 3. eccl. hiſt. c. 30. a In. ca. 3. epiſt. ad Tit. teſte Pãph. in Apolog. pro Orig. Vide etiam Iren. lib. 4. ca. 43.

ORigenes, qui celebris & peruetuſtus eſt author, in hæc verba ſcripſit: [a] Hæreticus nobis habẽdꝰ eſt omnis ille, qui Chriſto ſe credere profitetur, & aliud de veritate Chriſtianæ fidei credit, quàm habeat definitio Traditionis Eccleſiaſticæ. Tum idem alibi

bi:b Illa ſola credēda eſt veritas, inquit, quæ in nullo ab Eccleſiaſtica diſcordat Traditione. Et Hieronymi verbum eſt: c Ego illud te breuiter admonendum puto, Traditiões Eccleſiaſticas, præſertim quæ fidei non officiũt, ita obſeruandas, vt à maioribus traditæ ſunt.

d Li.1. Peri archon in procem.

c Ad Luciniũ epi. 28.

Auguſtinus verò ita d docet: Si quid diuinæ Scripturę pręſcribit authoritas, nō eſt dubitandũ, quin ita facere debeamus, vt legimus: ſimiliter etiã, ſi quid per orbem frequentet Eccleſia. NAM HOC, quin ita faciendum ſit, diſputare, inſolentiſsimę inſanię eſt. Ac rurſus idē. e In his verbis, de quib9 nihil certi ſtatuit ſcriptura diuina, mos populi Dei, vel inſtituta Maiorum pro lege tenenda ſunt. Et f ſicut præuaricatores diuinarum legum, ita cōtemptores Eccleſiaſticarum conſuetudinum coercendi ſunt.

d Epi. 118. ca. 5.

e Ad Caſulanum, epi. 86.

f Diſt. 11. ca. In his.

De-

Demum Tertullianus, doctiſſimus & antiquiſsimus Eccleſiæ ſcriptor, toto libro [g] aduerſus eos diſputat, qui nihil quod literis ſacris non ſit expreſſum admittũt, grauiterque contendit, traditiones & obſeruationes quaſdã Eccleſiaſticas eſſe non ſcriptas, quæ non poſsint niſi ab Hæreticis repudiari. *Si quis autem videtur contentioſus eſſe* (vt Paulinis [h] verbis vtamur) *nos talem conſuetudinẽ non habemus, neque Eccleſia Dei.*

g Lib. de præſcriptio nib. hæret.

h 1. Cor. 11. c

Rom. 12. b
1. Cor. 13. b
1. Petri 5. b
Ioan. 21. c.
Matt. 16. c
a Chryſoſt. lib. 2. de Sacerdotio.
Concilium Florent.
Bernar. lib. 2. de conſiderat. ad Eugen.
b Hie. cont. Lucif.
Cyp. lib. 4. epiſt.

IX.

Agè verò quid eſt Eccleſia Dei?

Eccleſia eſt omniũ Chriſti fidem atq; doctrinam profitentium vniuerſitas, quam Princeps Paſtorum Chriſtus, tum Petro Apoſtolo, tum huius [a] ſucceſſoribus paſcendam tradidit atque gubernandam.

Quare nomen Eccleſiæ non merentur, ſed [b] falso arrogant ſibi Hære-

Hæretici & Schiſmatici omnes, qui etſi fidem atque doctrinam Chriſti profiteri videntur: tamen ſummi Paſtoris ac Pontificis, quem Chriſtus ouili Eccleſiæ loco ſuo præfecit, & perpetua c ſucceſsiõe in Romana Eccleſia vſque cõſeruauit, oues eſſe detrectant.

c Iren. lib. 3. cap. 3. Optatus lib. 2. Aug. epiſt. 165. & in Pſal. cont. partẽ Don.

Hanc Petri Cathedram, hunc Eccleſiæ primatum qui negant & oppugnant, primum illi quidem Chriſti magnificas promiſsiones *Petro factas, & myſticas regni cœleſtis claues illi vni traditas, aliaque multa de Petro Apoſtolorũ d principe, ore, vertice ſcripta non intelligunt: Deinde pacem Eccleſiæ, ordinemq; certum mani-

*Matt. 16. e Ioan. 21. c Lucæ 21. c Matt. 10. a Ioan. 1. f Matt. 17. d Act 1. c.

d Cypr. de ſimp. In ca. 16. Mat. Hil Hieron. & idem lib. 1. in Iouinia. Cyril. in Ioã. lib. 2. cap. 12. Aug tracta. in Ioan. 56. & 124. Orig. hom l. 2. in diuerſ. euang. & tract 6. in Matthæum. Baſil. de pœnitent. Chryſoſt. homil. 87. in Ioan. & 55. in Matth item 9. de pœnitentiá. Leo ſermo. 3 in aniũerſ. Põtif. & ep. 89. ad Epiſcopum Viennenſis prouinciæ.

manifeſtè perturbant, quę abſque ſummo Antiſtite, & hui⁹ præcelle̅ti authoritate neq; ritè gubernari, neque in vnitate atque contra portas inferorum ſoliditate neceſſaria, diu contineri poſſet. Poſtremo Patrib⁹ horumq; ſynodis & ſcriptis de hac illuſtri Eccleſiæ [e] nota conſentientib⁹, imo & totius orbis Chriſtiani conſonæ voci, detrahunt imprudenter.

e Aug. cõt. ep. Fundã. ca. 4. Item de vtili creden. ca. 17. & 11. cont. Fauſt. cap. 2

Agnouit hanc Eccleſiam eiuſque dignitatem [f] Hieronymus, cuius hæc verba ſunt: Qui Petri Cathedræ iungitur, meus eſt. Agnouit Optatus [g] Afer, qui Petri Cathedram inter veras Eccleſiæ notas primã eſſe teſtatur. Agnouit Auguſtinus,[h] qui apertè ſcribit, in Romana Eccleſia ſemper Apoſtolicæ Cathedræ principatum viguiſſe. Agnouit Cyprian⁹, [a] qui omnium hæreſum & ſchiſmatum pullulantium cauſam in eo ſtatuit, quod vni & ſummo ſacer-

f Ad Damaſum, ep. 58. & ad eũdẽ epiſt. 57.

g Li. 2. contra Don.

h Epiſt. 162 90. 92. 93. & 156.

a Li. 1. ep. 3. & li. 4. epi. 9. Itẽ Hier. cõt. Lucif. & Leo ep. 48. ad Anaſta. Theſſ. cap. 11.

ſacerdoti ac iudici vice Chriſti non obtemperatur. Agnouit Ambroſius, b vt dixerit, ſe in omnibus cupere Romanam ſequi Eccleſiam.

b Lib.3.de ſacram.c.1 & de obitu Satyri. c Li.3.ca.3. Tertul.de pſcr.hæret. Cyp.li.4.epi.8.& li.3. epiſt.11. Theo.li.2. hiſto.ca.4. Bern.epiſt. 190.ad Inno.& li.2. de conſid. con.Chalced.acti.3. Anac.ep.1. & 3. Marcel.ep.1. Syno.Ale.ad Felicem.

His autem omnibus antiquior, & Apoſtolicorum temporum vicinus vereque Apoſtolicus vir Irenæus c tale tribuit elogiũ Eccleſiæ Romanæ: Ad hanc, inquit, Eccleſiam propter potentiorem principalitatẽ, neceſſe eſt omnẽ conuenire Eccleſiã, hoc eſt, eos qui ſunt vndique fideles, in qua ſemper ab ijs qui ſunt vndique, conſeruata eſt ea quę eſt ab Apoſtolis, traditio.

X.

Quænam Eccleſiæ dignitas eſt, atque authoritas?

MVltis & eximijs ſanè dotibus, promiſsionibus ac beneficijs illuſtrat DEVS Eccleſiam ſuam, qua nihil habet in terris charius. Hanc vſque ornat con-

d 1.Cor.12.d Ephe.5.f Ioan.14.16 17. Matt.28.d. & 16.c. Pſal.120.b

conſeruat, defendit, vindicat.

a 1.Tim.3.d Pſal.22.a Ioan.10.c Hanc porrò cõſtituit eſſe a domum ſuam, in qua omnes filij Dei foueantur, doceátur & exerceantur.

b 1.Tim.3.d Aug.lib.1. cont. Creſconiũ cap. 33.& lib.2. cap. 32. Voluit eſſe b columnã & firmamentum veritatis, vt de illius nõ dubitemus doctrina, quæ tanquã Magiſtra, cuſtos & interpres veritatis, fidem atque authoritatem obtinet inuiolabilem.

c Mat.16 c.d Epheſ.2.d Pſal.86.a & 47.c. Aug. in Pſal. 47. d Matt.16.c Præthereà fundatam eſſe c ſupra firmam petram decreuit, vt certi eſſemus, eam immobilem inconcuſſamque ſtare, atq; inferorum etiã d portis, hoc eſt, grauiſsimis aduerſariorum impugnationib9, inexpugnabilem præualere.

e Apo. 21.a Matth.5.b Eſaiæ 2.a Mich. 4. Malac. 1.c Actor.1.b Pſal.21.c 1.Ioan.2.c Demum vult eam ſanctiſsimam quandam e eſſe ciuitatem ſupra montem poſitam, omnibusque conſpicuam atque aditu facilem: ne quis ea relicta peſtiferas Hæreticorum ſpeluncas latebraſque conſectetur, & falſis illis vocib9:

f Ecce

f *Ecce hîc eſt Chriſtus, ecce illîc*, fortè f Mat. 24. b
perculſ9, ab ea diuertat aut dimo- Et ibidem
ueatur. Origenes
tractat. 29.
& 30.

Hæc eſt, quam Scriptura nobis proponit atq; cōmendat, Chriſti g amica, ſoror & ſponſa vnica: pro qua h redimenda, mundáda, ſanctificanda, a congreganda, & prorſus adiungēda ſibi Fili9 Dei nihil non fecit ac pertulit, vt Corpus etiam Sanguinemq; ſuum ſacroſanctum illius amore tradere non dubitârit.

g Cant. 4. b & 6. b
h Ephe. 5. e
a Ioan. 11. f
Coloſ. 1. c d
Epheſ. 4. c. 1. d

Pro hac b rogauit & impetrauit, vt fides, vnitas & firmitudo eius deficeret nunquam.

b Ioan. 17. c
Lucæ 22. c
Mat. 16. c

Huic c promiſit, fideliterque d trāſmiſit & reliquit Doctorē, Præſidē ac rectorē Spiritū ſanctum. *Ille*, e inquit, *docebit vos omnia, ille ſuggeret vobis omnia, quæcunq; dixero vobis*: f *Ille manebit vobiſcum in æternum*, g *ille docebit vos omnem veritatem*, quæ videlicet ſcitu credituque eſt neceſſaria.

c Ioã. 14. b d. 15. d. 16. c.
d Acto. 2. a
e Ioã. 14. d
f Ibidem b
g Ioan. 16 c
Auguſt. tractat. 97. in Ioannem.

XI.

Acto.20.f 1.Tim.3.a Heb.13.c Ephe.4.c 1.Cor.12.d

Per quos tandem nos docet ſpiritus in Eccleſiæ veritatem?

PER eos planè, quos Apoſtolus teſtatur à Spiritu ſancto, vt Eccleſiam regant, eſſe conſtitutos, quales vocat Epiſcopos, Præpoſitos, Paſtores itidem, atque Doctores. Et hi poſt [a] Apoſtolos fuére ſemper, ac etiamnũ ſunt, primarij Dei Eccleſiæque miniſtri, & ſummi b diſpenſatores myſteriorum Dei.

a Aug. in pſal. 44.

b 1. Co.4.a

c Can. Apoſtol. 38. Conci. Nicæn. &c. Sozo.li.2. ca.7. Cyr.epi.4. Baſ. Imp. in 8. ſyno. acti.10. Atha.in. epi.ad ſolit. vitã agent. Ruff l. 1. eccle. hiſt. c.5

Horum verò authoritas cum in alijs, tum in ſacris c Synodis quam maximè cernitur, vbi de fide ac religione illi non modo definire quędam, ſed ſuo etiam iure ac pro authoritate Apoſtolica cõteſtari poſſunt ac dicere: VISVM EST SPIRITVI SANCTO ET NOBIS, ſicut ex actis conſtat primi Concilij d Hieroſolymi celebrati. Certè olim nefas erat, & extremo e ſupplicio expiabatur

d Act 15.c

e Deut. 17.b.c

batur crimen, ſi quis iudicio ſummi ſacerdotis, qui Moyſi regebat f Cathedram, nō obtemperaſſet, g Atqui haudquaquam inferiorē nunc habet Eccleſia, quam tunc Synagoga in regendo, iudicādo, ac decernēdo authoritatē. Quod ius obediendi manebat Iudæis, etiam Chriſtianis incumbit, vt ſacerdotum præcellenti dignitate præſtantium h iudicia de his quæ ad religionem pertinent, recipiantur, approbentur atque obſeruentur,

f Matt. 23. a

g Cyp. lib. 1 epiſt. 3. ad Corn & epiſt. 11. ad Pompon.

h. Greg: li. 1 ep: 24 ad Patriarc & li. 2. indict. 11. epiſt. 10. ad Saul. Nicæ. li. 6. hiſt. ca. 22.

Quapropter magno ſe illi crimine contaminant, qui Magiſtratibus Eccleſiaſticis authoritatem & obedientiam adeo non deferunt, vt etiam conuellere & oppugnare palam audeant, iam quidem ſacras ſummorum Pontificum a ſanctiones, penes quos de ſacris definiendi b ſuprema ſemper poteſtas fuit: iam vero venerandas conciliorum generalium

a 3. Cōc. Tolet: can. 1. Diſt. 19. & 9. q. 3. Patet & ſequen.

b Hiero. ad Dam. ep. 57 & 58. Chalce. ſyn. act. 3. in epi. ad Leo 6. ſyn. acti. 4.

constitutiones, quorum in Eccleſia, vt [c] Auguſtin9 loquitur. ſaluberrima eſt authoritas: iã demũ certas Patrum de fide ſententias, quorum in re vna communis ſenſus atq; [d] conſenſus firmũ eſt teſtimonium Christianæ veritatis. Illud pręclarè dictum eſt â pijs imperatorib9, [e] Iniuriã facit iudicio Synodi, ſi quis ſemel iudicata & rectè diſpoſita reuoluere, & publicè diſputare contendit.

c Epi.118. c 1. & li.1.cõ. Don, ca.18. Grego. vt ſuprà. d Vin, Liri. con. noua tores. Aug.li.1. & 2.cõ. Iulia. e In act 3. conc.Chal. cedon. Gela. in ep ad epiſco. Dardan. Leo ep.43. & 50. ad Martiã. & 78. ad Leonem Aug a Chry.li 3. de ſace. Idẽ ho, 4 & 5. de ver. Eſa. Ignat ad Smyr. Am. in exhort. ad virg. & li. de dign. ſacer. ca. 2.

XII.

Quorſum verò ſpectat diuina iſthæc ordinatio, vt paſtores & doctores in Eccleſia conſeruentur?

NOn parum vtilis ac ſalutaris eſt nobis diuina hęc ordinatio, qua poteſtas & Hierarchia Eccleſiaſtica Politicos magiſtratus omnes longè a antecellit. Eſt enim poteſtas hæc Spiritualis, qua Chriſtianus populus ad ſpiritualia æternaque bona conſequenda maximè promouetur.

Pro-

Prodeſt imprimis, vt Pauli verbis [b] vtamur, *ad conſummationem ſanctorum*, hoc eſt, vt qui illa poteſtate funguntur, exhibeant [c] omnem hominē perſectum in Chriſto, ſicut idem Paulus alibi loquitur, ſuoq́ue ſtudio fideles ad ſanctitatis, in quam vocati ſunt, [d] perfectionem adducant.

b Ephe. 4. c
c. Coloſ. 1. d
d 1. Theſſ. 4. b
2. Tim. 2. b
2. Cor. 13. d

Prodeſt etiam *in opus miniſterij*, vt qui ſūt & dicūtur miniſtri prę-cipui Eccleſiæ, habeāt quod [e] vigilent ac curent ſemper pro concrediti ſibi ſummi mūeris ratiōe.

e Act. 20. f
Heb. 13. c
Cyp. li. 1. epiſt. 9. ad Furnenſ.

Prodeſt præterea in *ædificationē corporis Chriſti*, vt norint hi ſpirituales & ſapiētes [f] architecti, circa [g] corpus Chriſti myſticū, quod ſingularem in ædificando contentionem requirit, continenter ſibi eſſe verſandum, vt iam veræ fidei fundamenta iaciant ac confirmēt, iam reliqua fidelibus ad perfectam iuſtitiam neceſſaria [h] ſuperſtruant.

f 1. Cor. 3. b
g Ephe. 1. d
Coloſ. 1. c d
Ephe. 2. d
h 1. Cor. 3. c

a Eph.4. d Prodeſt demum. *vt a non ſimus*
1. Cor.16. d *paruuli fluctuantes , & circumfere-*
Rom.15. a *mur omni vento doctrinæ in nequitia*
Acto.14.d
1.Theſ.4. a *hominum*. Hoc eſt, propter imbe-
Ezech.34.1. cilliores, qui ſemper in Eccleſia
ſunt plurimi, naceſſarium eſt mu-
nus antiſtitum Eccleſiaſticorum,
b.Matt.7. d præſertim hæreſum ventis ac per
ſecutionum b procellis in Eccle-
ſiæ domum irrumpentibus: Tum
c. Acto.20.f enim opus eſt præſenti eorũ pręſidio,
Ezech.33. b qui pro authoritate velint
2. Tim.2. d & poſsint c arcere lupos, oues
+ a defendere, zizania extirpare, &
Tit.1.c ſana confirmare dogmata, ne ſim
d 2.Pet.2. plices alioquin fallacium ac d per
a.3.a.
Rom.16.c ditorum hominũ verbis, ſcriptis
Iud.1.f & exemplis â via veritatis regia
Matt.7.c ſeducantur, quin potius vt om-
nes veritatem non modo cognoſ
centes, ſed etiam facientes, in illo
qui caput eſt Chriſtus, grandeſ-
cant atq; proficiant, vt idem Pau-
e Ephe.4.d lus e adiunxit.

Quo-

XIII.

Quo pacto inſignes hos fructus conſequemur?

ITa nimirum, ſi non altè, ſed ſobriè *a* ſapiamus, ſolliciti ſemper b ſeruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis, vt noſmet oues Chriſti humiles obedienteſque præſtemus.

a Ro.12.a b.Eph. 4.a Ioan 10.a & 21.c

Quarum ſanè ouium illud eſt proprium, c Lupos fugere: nec alienos, ſed ſuos paſtores ſequi: illis velut ordinarijs ouilis Dominici præfectis ſeſe d ſubmittere, in illis e audire ſpiritum veritatis.

c Ioã.10.a Titum 3.a Hebr.13.c Matth.10.t d. Bern. de præcep. & diſpen. e.Ioan.15.d 14.b.16.c

Is eſt, qui per f malos etiam præpoſitos Dominicum gregem docere, paſcere & conſeruare dignatur: quippe per eoſdem, tum Dei Patris, tum Eccleſiæ Matris præcepta nobis his verbis commendat, g *audi fili mi diſciplinã Patris tui, et ne dimittas legẽ Matris tuæ.* Et rurſus idem inculcás: *Cõſerua, inquit,* h *fili mi præcepta patris tui,*

f Mat.23.a Philip.1.b Ioãnis 11.g Matth.18 c Deut.17.b c. g Prou.1.a Epi hær.75 h Prou.6.c

a Eph.4. d Prodeſt demum. *vt a non ſimus*
1. Cor.16. d *paruuli fluctuantes, & circumfere-*
Rom.15. a *mur omni vento doctrinæ in nequitia*
Acto.14.d
1. Theſ.4. a *hominum.* Hoc eſt, propter imbe-
Ezech.34.i. cilliores, qui ſemper in Eccleſia
ſunt plurimi, naceſſarium eſt mu-
nus antiſtitum Eccleſiaſticorum,
b.Matt.7. d præſertim hæreſum ventis ac per
ſecutionum b procellis in Eccle-
ſiæ domum irrumpentibus: Tum
c. Acto.20.f enim opus eſt præſenti eorũ prę-
Ezech.33. b ſidio, qui pro authoritate velint
2. Tim.2. d & poſsint c arcere lupos, oues
4 a defendere, zizania extirpare, &
Tit.1.c ſana confirmare dogmata, ne ſim
d 2.Pet.2. plices alioquin fallacium ac d per
a.3.a.
Rom.16.c ditorum hominũ verbis, ſcriptis
Iud.1.f & exemplis à via veritatis regia
Matt.7.c ſeducantur, quin potius vt om-
nes veritatem non modo cognoſ
centes, ſed etiam facientes, in illo
qui caput eſt Chriſtus, grandeſ-
cant atq; proficiant, vt idem Pau-
e Ephe.4.d lus e adiunxit.

Quo-

XIII.

Quo pacto inſignes hos fructus conſequemur?

ITa nimirum, ſi non altè, ſed ſobriè a ſapiamus, ſolliciti ſemper b ſeruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis, vt noſmet oues Chriſti humiles obedienteſque præſtemus.

a Ro.12.a
b.Eph. 4. a
Ioan 10.a
& 21. c

Quarum ſanè ouium illud eſt propriũ, c Lupos fugere: nec alienos, ſed ſuos paſtores ſequi: illis velut ordinarijs ouilis Dominici præfectis ſeſe d ſubmittere, in illis e audire ſpiritum veritatis.

c Ioã.10.a
Titum 3. a
Hebr.13.c.
Matth.10.t
d. Bern. de præcep.& diſpen.

Is eſt, qui per f malos etiam præpoſitos Dominicum gregem docere, paſcere & conſeruare dignatur: quippe per eoſdem, tum Dei Patris, tum Eccleſiæ Matris præcepta nobis his verbis commendat, g *audi fili mi diſciplinã Patris tui, et ne dimittas legẽ Matris tuæ.* Et rurſus idem incultás: *Cõſerua,* inquit, h *fili mi præcepta patris tui,*

e. Ioan.15.d
14.b.16.c
f Mat.23. a
Philip.1.b
Ioãnis 11.g
Matth.18 c
Deut.17.b
c.
g Prou.1.a
Epi hær.75
h Prou.6. c

& ne dimittas legem matris tuæ.

XIIII.

Quæ ſunt Præcepta Eccleſiæ?

PRæcipua quinq; numerátur, cuique Chriſtiano, & ſcitu, & obſeruatu certè neceſſaria.

1 [a] *Statutos Eccleſiæ feſtos dies celebrato.*

2 [b] *Sacrum Miſſæ officium diebus feſtis reuerenter audito.*

3 [c] *Ieiunia certis diebus, tẽporibusq́; indicta obſeruato*, vt in Quadrageſima, Quatuor anni tẽporibus, & feſtorum quorundã ſolenniũ pridianis diebus, quos maiores noſtri, quod ijſdẽ tẽporib⁹ in tẽplis noctu peruigilaretur, Vigilias [d] apqellarũt.

4 [e] *Peccata tua Sacerdoti proprio annis ſingulis confiteto.*

5 [f] *Sacroſanctam Euchariſtiam ad minimũ ſemel in anno. idq́; circa feſtum paſchæ ſumito.*

Quem

a Cõc. Lugdu. apud Iuonẽ, p. 4. c. 14. 2. Matiſ. cano. 1 Mogũt. ca. no. 36. & 37 Trib. ca. 35. Ignat ad Philip.
b. Cõ Agathẽ. ca. 47. & 21. Trid. ca. 35. Itẽ 1. Aure c. 28.
c. Can. apoſtol. 68. Gangrenſ. can. 19. Ignat. ad Philippen. Mogũt. cano. 35. Saleguuſt. cano 1. & 2 Ign. ad Philip. Bern. in vigil. S. Andreæ.

Vid. Burch. l. 13. & Iuon. p. 4. d Tert. l. 2. ad vxo. & in Apol. c. 2. e Sy. Lat. ca. 21. f Lat. & Tri. ſeſ. 13. ca. 9.

XV.

Quem fructum adfert horum præceptorum obſeruatio?

HAEC & eiuſcemodi reliqua Eccleſiarum inſtituta, tum præcepta tot ſeculis recepta, magnoq́; piorum conſenſu, & vſu cōfirmata, pietati atque rationi valde conſentanea, inſignes ſecum adferunt commoditates.

Sunt enim fidei, humilitatis & obedientiæ Chriſtianæ ſalutaria exercitia: honeſtam a diſciplinā & concordiam popularem promouent: Religionis pulchra exiſtunt ſymbola: notas præbent demum & indicia interioris noſtræ pietatis, quibus ad b ædificationem & bonis collucere, & malis prælucere oporteat. a Phil.4.b 1.Co.14.c.f b Matt.5.b Rom.15.a Phil.2.a.c

Breuiter hœc eo nos promouent, vt Apoſtolicus ille Canon, c *Omnia honeſtè & ſecundum ordinem fiant in vobis,* ad vnguem obſeruetur. c 1.Co.14.g

XVI.

Vbi neceſſaria eſt nobis Eccleſiæ authoritas?

a Gal.2.a 1:Tol.can. 2. Augu. ſer. 129.de tẽpore. Idem li. 15. cõt Fauſt. cap.4. & 5. Item li.28. cap.2.& 4. b In ſymb. ad Damaſ. Au.ſer. 191 de tẽpore. Cõ.Laod. cap.59. Concil.3. Car.ca.47. Cõ.Florẽ. Conc.Tri. ſeſſ.4. c.Cõtr.epi. Manic.c.5. d Eſa.39.d Au.li.1.c.33 cont.Creſ. Tri.Seſs 4. Vin.Lit.cõ. nouat.e Li.de tri.c.3, Hil.li.2.ad Cõſtã.Vin.Lir.

PRimum in eo quidem, vt ſcripturas Canonicas & veras ab adulterinis certo *a* diſcernamus. Vnde teſtatur Hieronym9. b Nouum & vetus Teſtamentum recipimus in eo librorum numero, quem Sanctæ Eccleſiæ Catholicę tradit authoritas. Et c Auguſtin9: Ego vero, inquit, Euangelio non crederem, niſi me Catholicæ Eccleſiæ commoueret authoritas. Deinde vt conſtet de vero ſcripturæ d ſenſu & apta interpretatione: ne alioquin ſine fine dubitemus ac diſceptemus de verborũ ſententia. Omnes enim Hæretici, vt ſcripſit idem e Auguſtinus, ex ſacris ſcripturis falſas atque fallaces opiniones ſuas, conantur defendere. Atqui non in legẽdo, ſed in intelligẽdo ſcripturæ conſiſtunt,

ſtunt, Hieronymo [f] teſte.

Tertio. vt in grauioribus de Fide quæſtionibus atque [g] controuerſijs, quæ poſſunt incidere, iudex [h] adſit, atque legitima illius authoritas interponatur. Vt enim veriſsimum eſt, quod contra Hæreticos docet [a] Epiphanius, â diuina ſcriptura nō poſſe accipi omnia: ita rectiſsimè [b] Auguſtinus illud affirmat: Palam eſt, quod in re dubia ad fidem & certitudinē valeat authoritas Eccleſiæ Catholicæ. Non enim deeſſe poteſt Eccleſiæ Spiritus, qui ipſam in omnem ducat veritatem, ſicut Chriſtus [c] ipſe promiſit.

Rurſus, vt pro ratione perſonarum, locorum & temporū Canones [d] conſtituantur, diſciplina integra conſeruetur, ac iura dicantur. Dedit enim hanc poteſtatem Deus Eccleſiæ ad [e] ædificationē, & non ad deſtructionē.

Præterea, vt quam [f] Chriſtus

f cōt. Luci. & in cap. 1. ad Gal. Hil. 2. de Trini.

g Deu. 17. b

h. Acto. 15. b. c

a Hære. 61. cont. Apoſtolicos.

b Li. 11. cō. Fauſt ca. 2. & li. 7. con. Donat. ca. 53. item in pſalm. 57.

c Ioan. 14. b. & 16. a.

d Can. apoſto. 58, & Syn. 1. Nic. ca. 5 Lateran. c. 6

e 3. Cor. 10. b. 13. d

f Mat. 18. c & ib. Hier. 1. Cor. 5. b 1. Tim. 1. d

inſtituit coercendi & excommunicandi poteſtatem, qua Paulus etiam eſt vſus, peruicaces ſentiát ipſaque corrigátur & comprimátur. Hinc g Auguſtinus, Eis, inquit, per quos Eccleſia regitur, adeſt ſalua pace poteſtas diſciplinæ aduerſus improbos aut nefarios exercendæ.

g Li. de fid. & operib. ca. 3. Itē li. 3 cō. Parmē. ca. 2. Grego. ho. 26. in euangel. Chry. li. 3. de ſacerd.

Igitur in his omnibus, vt cętera omittamus, Eccleſiæ authoritatem non ſolum vtilem, ſed etiam neceſſariam eſſe conſtat, vt ſine illa quidem nihil aliud Chriſtiana Reſpublica, quàm confuſio Babylonica poſsit exiſtimari. Proinde ſicut ſcripturę propter teſtimonium diuini Spiritus in illa h loquẽtis credimus, adhæremus ac tribuimus maximam authoritatem: ſic ECCLESIAE fidem, reuerentiam, obedientiamque debemꝰ, quod eo ipſo a Spiritu a Chriſto capite, ſponſoque ſuo informata, dotata ſimul & confirmata ſit:

h 2. Pet. 1. d 1. Tim. 3. d Matth. 18 c Ioan. 14. b d. & 16. c

a Acto. 2. a Ephe. 4. a

ſit: vt non poſsit non eſſe quod dicitur, [b] *columna & firmamentum veritatis.* b 1. Tim. 3. d

XVII.

Quis eſt doctrinæ totius de Eccleſiæ præceptis & traditionibus vſus ac fructus?

INgẽs profecto eſt ac varius, Atque primus quidem. vt intelligamus, nos ſolis literis ſeu ſcripturis diuinis minimè allegari. Quid enim (vt Irenæi [a] verbis vtamur) ſi neque Apoſtoli quidẽ ſcripturas reliquiſſent nobis, nonne oportebat ordinem ſequi Traditionis, quem tradiderunt ijs, quibus committebant Eccleſias? Itaq; luculenter dixit [b] Baſilius: Dogmata quæ in Eccleſia ſeruantur ac prædicantur, quædam habemus e doctrina ſcripto prodita: quædam rurſus ex Apoſtolorum traditione in myſterio, id eſt, in occulto tradita recepimus. Quorum vtraque parem vim ha-

a Li. 3. c 4 Epiph. hæreſi 61.

b Lib de Spir. ſanct. cap. 27.

habent ad pietatem, nec his quiſquam contradicit, quiſquis ſanè vel tenuiter expertus eſt, quæ ſint iura Eccleſiaſtica.

Neq; dubium eſſe poteſt, quin Chriſtus c & Apoſtoli multa tum egerint, tum docuerint, quæ etſi ſcripta quidem non ſint, ad nos tamen poſteroſque maximè pertineant. De quibus generatim d Paulus admonens. *De cætero Fratres*, inquit, *quæcunq; ſunt vera, quæcunq; pudica, quæcunq; iuſta, quæcunque ſancta, quæcunq; amabilia, quæcunq; bonæ famæ, ſi qua virtus. ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate. Quae & didiciſtis & accepiſtis, & audiſtis & vidiſtis in me. haec agite: & Deus pacis erit vobiſcum.*

c Ioã.20.g & 21.f Aug. epiſt. 108. ad Seleucianũ.

d Phili.4.b

Proximus eſt, rectè vti Chriſtiana libertate, quam homines ocio luxuq; capti, ſi vnquam aliâs, nũc maximè dant in occſionem carnis, vt Apoſtolus e loquitur: illi⁹ præ-

e Galat.5.b 2.Pet.2.o

prætextu, fœdis voluptatibus inſeruiũt, & quicquid ferè libet, etiam circa religionis inſtituta mutanda, id licere ſibi arbitrantur. Atqui ab iſta profana nouitate ac temeritate nos reuocãt, tuentur, deterrẽt Apoſtolica & Eccleſiaſtica dogmata ſimul & inſtituta: quę frenum inijciunt humanę licentiæ, docentque conuenienter vti Chriſtiana libertate: ita nimirum, vt nos à f iugo peccati & à ſeruitute veteris legis ꝑ Chriſtũ liberi effecti, g vltrò libẽterque prçſtem⁹ Chriſtianũ officiũ, ſeruiamus Deo in iuſtitia & ſanctitate, ducem ſequamur Spiritum in lege Charitatis, iuſtitiæ ſerui, obediẽtiæ filij, humilitatis cultores, patiẽtię cuſtodes, pœnitẽtiæ & crucis amatores. Vos, inquit, Apoſtolus, h *in libertatem vocati eſtis, Fratres: tantum ne libertatem in occaſionem detis carnis, ſed per Charitatem Spiritus ſeruitute inuicem.* Ad

Aug. ep. 118
f 1. Pet. 1.
Rom 6. d
Gala. 3. b
& 4. d
Rom. 8. a
g Pſal. 53. b
Coloſ. 3. c
Lucæ 1. g
2. Cor. 3. d
Rom. 6. c
1 Cor. 9. c
1. Pet. 1 d
Lucæ 21. d
Matt. 4. c
16. d
h Galat. 5. b

quam Spiritus charitatem ſanctæ ſeruitutis obſequio & alēdam, & conſeruandam cùm honeſta cuncta proſunt, tum ingens pondus afferunt piè obſeruatæ Eccleſiæ traditiones.

Poſtremus eſt, vt verum inter legitimos & nothos eccleſię filios, ſeu inter Catholicos & Hęreticos diſcrimen inde accipiamus. a Illi enim ſimpliciter in doctrina eccleſię ſiue ſcripto ea, nēpe biblicis literis tradita ſit, ſiue Patrum Traditione comprobata acquieſcunt. Sequuntur enim Verbum Dei: b *Ne tranſgrediaris terminos, antiquos, quos poſuerunt Patres tui.*

a Vinc. Lirinen.

b Prouerb. 22.d Eccle. 8. b Deut. 32. a Hier. 6. d

Hi verò, qui ſunt Hæretici, ab hac ſimplicitate fidei, & à venerandæ matris Eccleſiæ, ſanctorumque Patrum probata ſententia diſcedunt, nimiumque ſibi, vel deſertoribus Eccleſię fidunt, adeoque ne moniti quidem reſipiſ-

piſcunt. Quare Paulus de ijs tam ſerio ſanxit dum ait: c *Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt qui huiuſmodi eſt.* Atqui vt cum d Cypriano concludamus, quiſquis ab Eccleſiæ vnitate diſceſſerit, cum Hæreticis neceſſe eſt inueniatur.

c Ad Titũ 3.c

d Ad Pompeium.

XVIII.

Quæ demum eſt ſumma omnium ſuperiorum?

QVAE à principio quidem hucuſque tractata ſunt de ſumma Chriſtianæ doctrinæ, eò ſpectât, vt vera Chriſtiani hominis Sapientia conſtituatur: quæ tribus illis a virtutibus, FIDE, SPE, ET CHARITATE comprehenditur. Et Fide quidem veritati Dei firmiter c aſſentitur, eique innititur anima. Spe autem propiꝰ d adhuc apprehẽdit bonitatẽ Dei, fide iá cognitam atq; cõceptam

a Aug. li. 2. Retract. c. 63.

b 1 Corin. 13.d 2. Tim. 2.d

c Heb. 11 a

d Gal. 5. a

e Rom.8. g Ioan.14.c Rom.13. ceptam: Charitate e demum Deo proximoque propter Deũ cõiungitur & vnitur.

Aug. in Enchrid.c. 17. Cæterum de Fide nos docet Symbolum Apoſtolicum, dũ ea proponit, quæ maximè ſunt credenda & profitenda Chriſtiano: De his verò, quę ſperãda & deſideranda, precatio nos inſtituit Dominica. Ad charitatem porro ſpectant, quæ duabus tabulis Decalogus exhibet.

f In ca. 4. epi. ad Roman. Præclarè igitur f Origenes: Puto, inquit, quod prima ſalutis initia, & ipſa fundaméta fides eſt, profectus vero & augmenta ędificij Spes: perfectio autẽ & culmen totius operis Charitas.

g Luc. 11. d Rom.2.b Lucæ 6.f Matt. 7.c. d 19.c.25. d Ioan. 15.a Matt.10.e & 24.b. Illi ergo beati, qui audiunt g & cuſtodiunt verbum Dei, quique voluntatem Patris cognoſcũt & faciunt, in Fide, Spe, & Charitate duce Chriſto ambulantes atque perſeuerantes.

Et hactenus pro inſtituti quidem

dem noſtri ratione ſatis de ſummis illis virtutibus, quę cum diuinitus infundātur, ac diuinos mortales faciant, iure quidem Theologicæ nuncupantur, recteque ad ſapientiam Chriſtianam referuntur.

XIX.

An ne aliud quicquam ad doctrinam Chriſtianam ſpectat?

ETiam: huc enim planè ſpectat doctrina de Sacramentis, vt norint Chriſtiani, quibus veluti inſtrumentis, diuinitus inſtitutis habeant [a] opus ad Fidē, Spem, & præcipuè Charitatem accipiendam, exercendam, augēdam, conſeruandam, ac etiam reparandam.

a Aug. in Ioan. Tractat. 120.

Adde, quod neque Sapientia, neque iuſtitia Chriſtiana conſtitui, ac retineri abſque Sacramentis poteſt, vt ſine quib9 [b] Religionē vniuerſam extingui prorſus neceſſe ſit. Habent igitur ea ſublimem

b Aug. li. 19. cōt. Fauſtū ca. 11. & de vera relig. ca. 17. Itē epi. 118. cap. 1.

limem in doctrina Chriſtiana locum, & neceſſariam quoque tractationem.

CAPVT QVARTVM DE SACRAMENTIS.

I.

Cur de Sacramentis docendi ſunt Chriſtiani?

QVia Sacramẽtorum cognitio & vſus facit, vt illi accepta ex Ieſu Chriſti meritis gratia, quæ per a Sacramenta ipſa confertur, legitimè exerceantur, & conſeruentur, atque promoueantur in diuino cultu.

a Ad Titũ 3. b Ioan. 3. a. b f. & 20. f

II.

Quid & quotuplex eſt cultus diuinus?

CVltus diuinus dicitur, quem Chriſtianus tãquam pręcipuum ac ſummũ a obſequium debet ac præſtat Creatori ac Saluatori ſuo Deo Opt. Max.

a Aug. li. 10 de Ciu. dei cap. 1.

Neque

Neque enim eſt dubium, hominem ea potiſsimum b cauſa, vt Deum purè integreque colat, & initio cõditum, & poſtea redemptum, atque ad id omninò deſtinatum eſſe. b Pro 16. a Geneſ. 1. d 2. Cor. 5. c 1. Theſſ. 5. b 1. Petri 3. b

Diuinus autem cultus eſt duplex, interior & exterior. Interior, quo per intellectũ & affectum Deo c coniungimur, Fide, Spe, & Charitate, vt anteà dictum eſt, pficitur. Exterior eſt profeſsio quędam cultus intrioris, quem d externis quibuſdam & viſibilibus ſignis ritibuſque declaramus. c Augu. in Enchiridio c. 3. d Matt. 5. b Rom. 12. d 1. Cor. 14. a
DEVS enim, qui bonorum noſtrorum e non eget, quippe beatus per ſe totuſque perfectus, tamen ſicut totum ipſe hominem tum corpore, tum animo conſtare voluit, ſic eundem f quoq; totum, hoc eſt, ſecundũ omnẽ ſui partẽ repoſcit, à quo ſyncerè ſtudioſeq; colatur: anima quidẽ ſecũdum interiorem, vti docuimus, e Pſal. 15. a 1. Tim. 6. d Matt. 5. g Geneſ. 2. b f Pro. 16. a Lucæ 10. e Matt. 22. d

corpore

corpore g vero ſecundũ exteriorem cultum cum interiore coniunctum, quod multis ſanè modis, ſed vel maximè & ſaluberrimè per vſum Sacramentorum præſtatur.

g 1. Corint. 6.d Pſalm.83.a

Sic enim diuinæ vſum eſt Sapientię, mortalium ſe imbecillitati accommodare, ſuamque virtutem per quaſdam a externas res & ſigna, quæ ſenſibus percipiuntur, exercere. Animus quippe noſter immortalis, in hoc obſcuro & caduco corpore velut carcere quodam incluſus, ſenſuum miniſterio plurimum vtitur, neque citra hoc b adminiculum ad diuina capeſcenda ſolet aſſurgere. Itaque tum in veteri, tum in noua lege Sacramenta multaque ad cultum externum pertinentia inſtituit Deus, ac Dei populus ſemper obſeruauit.

a Aug. in pſal.73.& 119. cont. Fauſtũ ca.11 Itẽ li.3. de doct.chriſt. ca.9. queſt. 84.ſup. Leuit.& 33. in Numer. Tert. de reſur. carnis. Greg. in primum Reg. lib.6.ca.3. b Chry.ho. 60. ad populum Antiochenum

III.

Quid eſt Sacramentum?

Eſt

EST a Diuinæ & inuiſibilis gratiæ externum & viſibile ſignum à Chriſto inſtitutum, vt per id quiſque Dei gratiam accipiat, atque ſanctificationem. a Bern. ſer. de cœna Domini. Aug. li. 10. de ciu. Dei ca. 5. & li. 3. de doctrin. Chriſt. ca. 9 Amb. li 4. de ſacram. ca. 4. Conc Flor. & Triden. ſeſſ. 7.

Quare non quæuis ſigna ſunt, quæ Eccleſiæ Sacramenta dicuntur: ſed certa, ſacroſancta & efficacia ſigna, Chriſtianis ex Diuina inſtitutione & promiſsione commendata.

Signa b quidem idcirco, quoniam externa quadã ſpecie & ſimilitudine id nobis referunt & declarãt, quod per ipſa Deus nobiſcum inuiſibiliter atque ſpiritualiter agit. b Aug. ep. 23 & de catechiz. rudibus c. 26.

Certa c vero, ſacroſancta ſimul & efficacia ſigna, quoniam indubiè quam gratiam ſignificant, etiam continent, conferuntque ad noſtram ſanctificationem. Sacramenta enim quãtum in ſe eſt, (vt d Cyprianus loquitur) ſine propria eſſe virtute non poſſunt, nec c Aug. in pſal. 73. & 77. & li. 19. cont. Fauſt. ca. 11. 13. d 16. d Serm. de cœn. dom.

vllo

vllo modo diuina ſe abſentat maieſtas myſterijs, quamuis etiá ab indignis [e] adminiſtrentur.

e Aug. li. 3. cont. Don. ca. 10. & li. 5. cap. 19.

Vt exempli cauſa, in Sacraméto Baptiſmi exterior ablutio, quę ſordes corporis purgat, efficax eſt ſymbolum [f] interioris ablutionis, vtpote teſtimoniũ præbens indubitatum, quo ſpiritualiter anima purificetur. Sic res aliȩ viſibiles & externæ, vt oleum, panis viniq; ſpecies, quarum in Sacramẽtis neceſſarius eſt vſus, aptè nobis conſtituuntur, tũ ad ſignificandum, tum ad conferendũ homini diuinam gratiá, animæque ſalutem, modo ad hæc non indignè [g] accedatur.

f Tit. 3. d Rom. 6. a 1. Cor. 6. c Tert. in li. de reſurr. carnis.

g Prof. ſenten. 69. ex Auguſt. in pſalm. 142.

Per Baptiſmum [a] etenim regeneramur & renouamur: per Confirmationem augemur & roboramur: per Euchariſtiam nutrimur & reficimur: per Pœnitétiam reſtituimur & ſanamur in vita ſpirituali: in qua per reliqua itidem

a Con. Florent. Ioan. 3. a Tit. 3. b Actor. 8. c & 1. b Luc. 24. g. Ioan. 6. f Ioan. 20. f

itidem Sacramenta, pro ſua cuiuſque ratione iuuamur atque prouehimur, vt ſuo deinde loco aperiemus.

IIII.

Quibus partibus conſtat vnumquodq; Sacramentum?

VErbo [a] & elemẽto. Per verbum hic intellige certa quædã & determinata verba, in quibus ipſa cõſiſtit forma, quam vocant, Sacramenti. Per Elementũ accipe res externas, quæ vera materia ſunt Sacramentorum, vt aqua, oleum, panis, vinum & eiuſmodi.

a Concil. Floren. Auguſt. tract. 80. in Ioã.

Iam his partibus perfectè ſumptis adiunguntur reliqua, quę ad cuiuſque ſacramenti tum idoneam collationem, tum dignam ſuſceptionem ſpectãt, videlicet, inſtitutio diuina, b miniſter idoneus, intentio recta in miniſtro, fides in ſuſcipiente, & ſi quæ ſunt huius generis alia.

b Trident. Synod. ſeſ. 7. can. 10. & 11. de Sacramentis in genere. Itẽ Florentina

Quot

V.

Quot ſunt Sacramenta?

a Cōc.Flo ren. Cōſtā. ſeſſ.15. & Trid.ſeſſ.7. can. 1.

b Cant.4.c, 1.Tim.3.d

c Mat.28. d Ioan.20.f Iaco.5.c 1.Tim. 4. d Ephe. 5.g

SEptem a, quæ à Chriſto per Apoſtolos accepta conſeruauit ac fideliter diſpenſauit hucuſque Chriſti b Sponſa, & columna veritatis Eccleſia. Sunt autem hæc: c Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitētia, Extrema vnctio, Ordo, & Matrimonium.

Nec refert ſanè, ſi eiuſmodi vocabula in ſcripturis non extent omnia, modo de re ipſa conſtet, ac Sacramētorum veritas & virtus diuinis teſtimonijs approbetur. Quanquam d ea, quæ vniuerſalis Eccleſia ex Apoſtolorū traditione retinet, atque conſeruanda commendat, etiamſi in Scriptura diuina non reperiantur, plenam apud nos fidem, vt anteà docuimus, habere merentur. Ac de ſingulorum quidem Sacramentorum inſtitutione poſtea ſuo loco.

d Aug.li. 4 cont.Don. ca.24. & li. 2.ca.7. li.9. ca.23. Item ep.118.ca. 1. Chry.in poſter.epi.ad Theſſ.ho.4

Vis

Vis autem eorum, vt fidiſsimus Scripturæ interpres Auguſtinus [c] inquit, inenarrabiliter valet plurimum, & ideo contempta ſacrilegos facit. Impiè quippe contẽnitur, ſine quo non poteſt perfici pietas. Atque vt idem alibi [f] docet: Contemptor viſibilis Sacramẽti, inuiſibiliter ſanctificari nullo modo poteſt.

c Li. 19. cõ. Fauſt. ca. 11 & 16. Item tract. 80. in Ioannem.

f Sup. Leuitic. quæſt. 84. & li. 32. cõt. Fauſt. ca. 14.

VI.

Quare inſtituta ſunt Sacramenta?

PRimum, vt ſint præſentiſsima remedia contra peccatũ, quod lethalis eſt [a] animæ morbus, ac niſi hoc tempore curetur, perpetuam affert damnationem. Quàobrem hæc longè [b] pręſtant legis antiquæ Sacramentis, virtute vtique maiora, vtilitate meliora, numero pauciora, intellectu auguſtiora, obſeruatione faciliora, ſignificatione præſtantiora, quæ prę terquam quod ſignificant, etiam ſanctificant, ac ſalutem dant: vt è

a Sap. 16. b Eccleſ. 21. a Rom. 6 d. d

b Flor. cõc. Trid. ſeſ. 7.

turis Auguſtinus c optimè colligit.

c Li.19. cõtra Fauſt.c. 13. Et lib.3. de doctri. Chriſt.c.9. Itē epi.118. cap.1.

Secundo, vt habeamus certa efficaciaq; ſigna diuinæ erga nos gratiæ & voluntatis, quæ dum in ſenſus externos incurrunt, non ſolum excitant fidem in CHRIſtum, Deique d miſericordiam & bonitatem, verum etiam viuifica ſunt inſtrumenta, per quæ viſum eſt DEO, e ſalutem noſtram efficaciter operari. Vt præclarè dictum ſit f iam olim, per ſe ipſum quoque Sacramentum multum valere.

d Rom. 9.

e Tit.3.b Ioan.6.f.& 20.c

f Aug.li,4. cont. Don. ca. 24.

Tertio, vt g extent velut ſymbola & externæ notæ Chriſtianæ profeſsionis, quibus Dei & Eccleſiæ filij ſe mutuo agnoſcant: vtq; in vnione, humilitate & obedientia ſe fructuosè exerceant & cõtineant, atque ita vnius religionis neceſſarijs quaſi nexibus & fœderibus inter ſe inuicem maneãt colligati. Alioquin ſine ſacramentis

g Idem li. 19.con.Fauſtum ca.11. & ca.17.de ve a relig. Baſ.ho.13. in exhortatione ad baptiſmũ,

necconſtare, neque diſcerni ſatis vlla religio poteſt.

VII.

Quid verò ſentiendum eſt de Sacramentorum miniſtris?

Ita planè ſentiendum eſt de illis, tanquam [a] miniſtris Chriſti & diſpenſatoribus myſteriorum Dei, qui [b] portant vaſa Domini, tabernaculoque deſeruiunt, qui & ſacris ex profeſſo præſunt, eaque iure quodam adminiſtrant. Non enim omnibus [c] indifferenter, ſed Sacerdotibus & Epiſcopis incumbit, ac diuinitus iniunctum eſt, Sacramenta conficere, diſpenſare vel adminiſtrare.

At ne putemus vnquam, ex vita & probitate miniſtrorum [d] Sacramenta pendêre, hanc nobis regulam præſcribit [e] Auguſtinus: Non ideo veriora & ſanctiora ſũt Sacramenta, quia per meliorẽ miniſtrantur: illa nanque per ſe ipſa vera & ſancta ſũt, propter verũ & ſan-

a 1. Cor. 4. a
b Eſã. 52. c
Num. 1. g
3. Reg. 8. a
c Nu. 16. a
2. Reg 6. b
2. Paral. 26. c
Conc. Nicænum ca. 14.
Trid. ſeſſ. 7 de ſacra. in genere.
d 1. Cor. 1. b 3. b
Con Trid. de ſacram. cano 12.
e Cõt Creſco. l. 4. c. 20 & li. 4. cõt. Don. ca. 4.

f Cõt. literas Petiliã lib.2.ca. 47 Item tract. 5.in euang. Ioan. ſanctum Deum, cuius ſunt. Et rurſus: f Memento Sacramentis Dei obeſſe nihil mores malorum hominum, quo illa vel omnino non ſint, vel minus ſancta ſint. Suffragatur his g Ambroſij illa ſententia: Non merita perſonarum cõſideres, ſed officia ſacerdotũ: puta, in adminiſtratione Sacramentorum. Nam & per h indignos cõſueuit Deus operari, & nihil propter ſacerdotis vitam Sacramenti gratia læditur. Chryſoſtomo i teſte.

g De his q myſterijs initiantur, cap.5.

h Ioan.11.b Matt.22.a

i Hom.8.in 1. Cor.

VIII.

Quid iudicandum de ceremonijs, præcipuè quarum ſolennis eſt vſus in ſacramentis?

a Ioan.9.a 11.d.c. f 20.c Lucæ vlt.g Marc.7.d 8 c. Matth.8.a 14.b

CAEremoniæ ab Eccleſia probatæ, ritus a quidam ſunt externi, religioſè ac decenter inſtituti: Primum vt ſigna, teſtimonia & exercitia ſint cultus interioris, quem b DEVS in primis requirit.

b Ioan.4.c Matth.15.b Eſaiæ 1.c

Deinde

Deinde, vt viua extent Religionis incitamenta, quibus fragilitas humana, ceu adminiculis fulciatur, & ad ſacra myſteria tum capeſſenda, tum retinenda veluti manu ducatur.

Poſtremo, vt quæ ad cultum diuinum promouendum, & ad diſciplinam [c] concordiamque conſeruandam publicam pertinent, honeſtè ac decenti quodam [d] ordine, ſicuti Apoſtolus iubet, in Eccleſia peragantur.

Eæ vero cæremoniæ, quarum eſt vſus in Sacramentorum adminiſtratione, quasq; veluti per manus traditas & cōmendatas [e] nobis à Patribus [f] accepimus, ingenti præcipuè ſtudio retineri & obſeruari debent. Nam prçterquam quod decorem illæ Sacramentis afferunt, & reuerentiam quādam conciliant, ſingulari quoque [g] antiquitatis commendatione nobis ſunt venerandæ.

c. Leo epi. 81. ad Dioſcor. Inno. ad Decent. Eugubium epi. 1. Con. 4: Tolet. can. 2.

d 1. Corint. 14. g Phili. 4. a, b

e Hier. 6. d,

f Baſ. de ſpirit. ſan. c 27. Trid. conc. cano. 13. de ſacram.

g Tert. de coro. mili. Diony. de eccleſ hierar. p totū.

Tum præter inſtitutionem ve tuſtiſsimam & Apoſtolicam, habent fœcũditatem myſteriorum, grauitate atq; dignitate plenam, vt ſanctiſsimi doctiſsimiq; [h] Patres annotarunt. De his demum alijſq; id genus, præclarè ita [a] Damaſcenus: Quæ Chriſtiana religio erroris neſcia ſuſcipit, & in tot ſecula ſeruat inconcuſſa, minimè vana ſunt, ſed vtilia, Deo placita, ſalutique noſtræ conducibilia plurimum.

Rident interim ſectarij cæremonias, quæ Sacramẽtis adhibentur: ſed ipſi magis ridendi, aut potius deplorandi, quod cæco iudicio & hoſtili odio (peſsimis conſultoribus) freti, aduerſus veritatem clariſsimam bellum gerant. Certè de Baptiſmi cæremonijs vel antiquiſsimi Theologi nobis teſtantur [b] Dionyſius, [c] Clemẽs, [d] Tertullianus, [e] Origenes, [f] Cyprianus, [g] Baſilius, [h] Chryſoſtomus, [a] Cyrillus, Nu-

h Amb. de initi. myſt. Aug. & ali. paſſim Vi de Iſido. de offic. eccle. & plures alios.

a In ſerm. de deſun.

b Dion. c. 2 eccl. hiera

c Clem. e: piſt. 3.

d Tert. de coro. mili.

e Orig. ho. 12. in Num.

f Cyp. li. 1. epiſt. 12.

g Baſil. de ſpir. ſanct. ca, 27.

h Chry. homi. de Adã & Eua.

a Cyril. Hieroſ. catec. 12. 3. & 4. myſtagog.

Nugentur licet ac blaſphement impij: Magno quidem Patres illi conſenſu commendant abrenunciationem, exorciſmos, aquam benedictam, ſacrum Chriſma, crucis ſignaculum. Ante annos bis ſexcentos ferè ſcripſit Baſilius b in hunc modum: Conſecramus aquam baptiſmatis, & oleum vnctionis, & præterea eum, qui Baptiſmum accipit.

Verum de Cæremonijs, quæ Sacramentis omnibus adiungun, ſigillatim admonere, vt longum eſt, ita difficile, & huic quidem inſtituto haud neceſſarium. Quin & apertè fatetur Origenes, in c Eccleſiaſticis huiuſmodi obſeruationibus eſſe nonnulla, quæ omnibus quidem facere neceſſe ſit, rationem autem eorum, cur ita fiant, nondum ſatis eſſe compertam.

b Baſ. ibid. Vide Raba de inſtitut. cleric. li. 1. cap. 27. & Iſid. li. 2. de offi. eccleſ. ca. 20. Amb. li. 1. 2 & 3. de ſacram. & de ijs qui myſte. initiantur. Aug. l. 1. de nupt. ca. 2. & li. 2. ca. 18 & 29

c Hom. 5. in Num. Item Dion. ca. 1. & vlt. Eccl. hierarc. Et Aug. l. 3. de doct. Chriſtiana ca. 9

DE BAPTISMI SACRAMENTO.

I.

Quid eſt Baptiſmus, & an cunctis neceſſarius?

Actor. 2.f
Marci 16. d
Ioã. 3. c. 4. a
Titum 3. b
Matt. 28. d
Ephe. 5. f
1. Pet. 3. d

EST hoc nouæ legis primum & maximè neceſſarium Sacramentum; in ablutione corporis exteriore, & legitima verborum enunciatione iuxta Chriſti inſtitutum conſiſtens.

a Trid. ſeſ. 6. can. 4. & ſeſſ. 7, can. 5. de bapt.
Aug. tract. 13. in Ioan.
Ambro. de myſt. initi. cap. 4. Cle. epiſt. 4. ad Iulium.

Neceſſarium inquam Sacramẽtum non ſolum a adultis, ſed etiã b paruulis, ac ſimul eis efficax ad ſalutem æternam cõſequendam. Naſcuntur omnes iræ c filij, opus igitur habent, etiam paruuli, emũdatione peccati, nec poſſunt abſque d hoc ſacramento mundari, & in filios Dei regenerari. Nam &

b Conc. Lat. can. 1. & Meleu. can. 2. Dion. de eccle. hierar. c. 7. Cyp. li. 3. ep. 8. Chryſ. ho. de Adã & Eua. c Ephe. 2. a Trid. ſeſſ. 5. d Aug. ep. 28. Et li. 3. de anima & eius ori. c. 9. Itẽ li. 1. de pec. mer. c. 23.

& generatim Legiſlator edixit: [c] *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.* Alibi vero: [f] *Non eſt voluntas ante Patrem, qui in cælis eſt, vt pereat vnus de puſillis iſtis.* Perirent [g] autem non baptizati etiam paruuli, ſicut olim in Synagoga Hebræorum pueri [h] incircunciſi.

c Ioan.3.b Aug.lib.3. de peccat. met.ca.4. & 12.

f Mat.18.b Bern ſerm. 66.in Can. & epi. 240 ad Hildefonſ.

g Aug. de nuptijs & concup. li. 1. ca. 20. & lib. 2. ca. 17. Item ſermo. 14. de verbis Apoſtoli. h.Geneſ.17.b.

Iam cum ſit vnum [a] Baptiſma CHRISTI fidelium, hoc ſemel acceptum, nefariũ [b] eſt prorſus iterare, quicquid demum prœtexãt iam olim [c] damnati Anabaptiſtæ: Cum Synodo Cõſtantinopolitana dicendum eſt, Confiteor [d] vnum baptiſma in remiſsionem peccatorum. Et cum Auguſti-

a Eph.4.a

Baſil.de ſpiritu ſanct. cap. 15.

b.Heb.6.a

Clem. cõſt. apoſt.li. 6. cap. 15.

Dam.li.4. cap. 10.

 no

c In Conc. Cartha. 1.& can. 1. Vien. Tri. ſeſſ. 7. can 9. de ſacra, & 13. de baptiſmo. Auguſt. tract. 11. in Ioannem Beda in 3. ca. Ioan.

e Epiſt. 203 & in lib. de vnico bapti. contra Petil.ca. 13. Leo epiſt. 79. ad Nicetam, & 37. ad Leonem Rauen. f C. lib. 1. Ne ſanctũ baptiſmum iteret.

no, [e] Rebaptizare hæreticum hominem, omnino peccatum eſt: rebaptizare autem Catholicum, immaniſsimum ſcelus eſt: quod idcirco Cæſareis etiam [f] legibus prohibetur.

II.

Quæ circa hoc Sacramentum præcipuè ſunt notanda?

a Ioan. 3. b Ephe. 5. f Actor, 8. g 10. g Trid. can. 2 de baptiſ. & Florent. Chryſ. ho: 24. in Ioan. b Tit. 3. b Actur. 2. f 1. Cor. 6. c c. Cõc. Lat. & Florent. Au. l. 6. cõ. Don. ca. 25. Didy. li. 2. de ſpi. ſan. d Mat. 28. d Am de ijsq my. init. c. 4

ELementum abluens, eiuſque ſignificatio, verbum & affectus Baptiſmi.

Elemẽtum eſt [a] aqua ſimplex, materia ad hoc neceſſaria, quæ natura ſua ſordes corporis abluere ſolet. Cui hæc pulchrè reſpondet ſignificatio, Baptiſmo animam [b] emundari peccatis, & hominem vti dicemus, iuſtum effici.

Verbũ, quo [c] ſacramenti forma conſiſtit, ex Chriſti præcepto ſic habet: [d] *Ego te baptizo in nomine Patris, & filij, & ſpiritus ſancti.*

Et

ET quanquam ſit Sacerdotum e munus, baptiſmum adminiſtrare, tamen vbi neceſsitas vehemẽter vrget, baptizare poſſunt alij quoq;, ne impijs quidem & hæreticis exceptis, modo â forma Eccleſiæ & eius verbis conceptis non recedatur.

e Aug.con. Parmenia li.2.c.13. Et de vnic.baptiſ.cap.9. con.Don. li.3,c.15,& li.7,ca.53 Hil.in pſalmum 67, Con.Late. ca.1.Florẽ. & Trid.cano.4,de baptiſ.

III.

Quem fructum & effectum præſtat Baptiſmus?

EVM planè, quem docente Chriſto, a ac teſtibus Apoſtolis Petro & Paulo diſcimus, nimirum per baptiſmũ & peccata remitti, & ſpiritum dari, quo & vetus homo aboleatur, & noua fiat in Chriſto creatura. Quippe ſuſceptus ritè Baptiſmus non hoc modo largitur, vt impio plenè

a Mar.16 d Actor.2,f 22, d 1.Pet.3,d Ezec.36, e 1.Cor.6.c Rom 6,a b Baſ.ho.13 in exhort. ad bapt. & li.de ſpir.ſan.c.15, Aũg.li.1,con.duas epi.Pelag.c, 13.& li.3.ca.3, in Enchir.ca.64, Beda in ca. 3, Ioan. Dama lib.4, cap.10, Greg.li.9, epiſt.93, Hiero. ad Ocean. Nazian.in ſanct.lauacrum Clem Alexand.lib.1, pædag.cap.6. Chryſoſt, ad Neoph. & ad baptizandos.

peccata omnia condonentur atq; tollantur,ſed etiam vt baptizatus planè innouetur,ac verè innocẽs iuſtus,ſanctus,& cœleſti gloria dignus in Chriſto efficiatur. Vt iure à Paulo dictum ſit omnibus baptizatis: b *Abluti eſtis ,ſanctificati eſtis, iuſtificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti , & in ſpiritu Dei noſtri.* Atq; alibi teſtatur c idem, Baptiſmũ eſſe lauacrũ regenerationis & renouationis Spiritus ſancti: Lauacrum etiam aquæ in verbo vitæ. Et rurſus ille ſcribit: e *Quicunq; in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.*

b 1.Cor.6.c Amb.li.1. de ſacram. ca 4. Con. Florentu & Trid.ſeſſ.5. cano.5. c Tit.3.b Aug. epiſt. 23.& quæſtio.33,ſup. Num.li. 4. Confeſſ.c. 4. Lactan.li.3.diuina. inſtit.ca.26. Cyprian.li.2. epiſt. 2. d Epheſ, 5, f, e Galat, 3, d, Rom. 6.a

Scitè f Bernardus, ac breuiter Sacramenti huius effectus præcipuos complectitur : Lauamur in baptiſmo,inquit,quia deletur chirographum damnationis noſtræ. & gratia hæc nobis confertur, ne iam

f Ser.in cæna domi. Vide Cyp. de baptiſ. Chriſti,& ablut.ped. Orig. in c. 6. epiſt.ad

iam nobis concupiſcentia noceat, ſi tamen à conſenſu abſtineamus.

Quæ g concupiſcentia in renatis manens, non per ſe peccatum eſt, ſed vt theologi appellant, fomes peccati, ad agonem relictus, vt baptizati hac occaſione vigilátius Dei gratiam quærant, virtutes ſtudioſius exerceãt, fortiusq; certando maiorem ſibi gloriam parent. Itaque, vt Paulus docet, h *Nihil damnationis eſt ijs, qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnẽ, ſed ſecundum Spiritum ambulant,* a quique ſecundum Pauli doctrinam & exemplũ, veterém hominem exuentes, de die in diem ſecundum b interiorem hominem renouantur: id quod proprium eſt c baptizatorum.

Ro. Retitiã Auguſto du. apud Aug. l. 1. cõ. Iulia. ca. 21 g Iaco. 1. b Rom. 6. b 7. b. Trid. ſeſſ. 5. can. 5 Aug. l. 1. de nupt. & cõcup. ca. 23. & 25. & li. 1. cont. duas epi. Pelagian. ca. 13. Itẽ li. 1. retract. ca. 15. & li. 13. de Trini. c. 16. de peccat. mer. li. 1. c. 39. li. 2. c. 33. & 34. h Rom. 8. a a Col. 3. b Ephe. 4. c b Cor. 4. d c Rom. 6. a

IIII.

Quid à nobis requirit acceptum tanti Sacramenti beneficium?

PRimum à nobis ſummam poſtulat, & aſsiduam animi gratitudinem, vt prædicemus, amemus, & celebremus eum, [a] *qui ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per Lauacrum hoc regenerationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abundè per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum: vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ.*

a Tit. 3. b.

Deinde ſic huius Sacramenti myſterium b rememorandum eſt, vt itentidem ſe ipſum quiſque admoneat præclaræ illius ſuæ ſponſionis & Chriſtianæ profeſsionis, quam in ſacro lauacro per c ſponſores edidit. Cogitet igitur Chriſtianus, illic ſe ex iræ filio, & ſathanæ ſeruo, d Dei filium, Chriſtique membrum, & cohæredem, viuumque templum Spiritus ſancti factum eſſe.

b Ori. ho. 12. in Num. c Dion. Areop. ca. 7. eccl. hiera. Aug. de nuptijs & cōcup. li. 1. ca. 20. Item li. 1. de pecca. mer. ca. 19. & l. 4. cōt. Don. ca. 24. d Ro. 8. a. c Gal. 4. a. d e 1. Cor. 6. d

In-

Ingreſſus es regenerationis ſacrarium, inquit [f] Ambroſius: repete quid interrogatus ſis, recognoſce quid reſponderis. Renũciaſti diabolo & operibus eius, mundo & luxurię eius, ac voluptatibus. [g] Memor eſto ſermonis tui, & nunquam tibi excidat tuæ ſeries cautionis, Et pręclara Pauli baptizatos omnes adhortantis vox eſt: [h] *An ignoratis Fratres, quia quicunque baptizati ſumus in CHRISTO IESV, in morte ipſius baptizati ſumus? Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem: vt quomodo Chriſtus reſurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.*

f Amb. de init. myſt. cap. 2. Chryſ. ho. 21. ad pop. Antioch.

g Amb. li. 1. de ſacram. cap. 2. Cyril. Hieroſ. catec. 1. myſtag.

h Rom. 6. a Gala. 3. d Aug. de fide & oper. cap. 26.

DE

DE CONFIRMATIONIS SACRAMENTO.

I.

Quod eſt alterum à Baptiſmo Sacramentum?

*Li. 2. cõt. liter. Peti. ca. 104. Cõ. Eliber. ca 38. Aurc li. c. 3. Lao. ca. 48. Mel-den. ca. 6. Flor. Cõſt. ſeſſ. 15. Tri-den. ſeſſ. 7.

CONfirmatio, quæ ſacramẽtum eſt nouę legis ęquè ſacroſanctum, vt Auguſtinus *inquit, ac ipſe Baptiſmus: quod baptizatis confertur cum impoſitione manuum Epiſcopalium, & ſacri Chriſmatis inunctione.

Ber. in vita Malach. epi. Pet. Dami. ſer. 1. de dedic. Eccleſ. Iſid. de eccleſ. off. lib. 2. ca. 25. & 26. Rabanus de inſtit. cleric. li. 1. ca. 30.

II.

Vnde nobis comprobatur hoc Sacramentum?

a Cyp. li. 1. epi. 12. Aug. lib. 5. cont. Don. c. 19. & 20. Itẽ. tract. 6. in epi. Ioã.

TEſtimonium habet à Diuina ſcriptura ſecundum Patrum a & Eccleſiæ concordem ſententiam, atque interpretationem. Huc enim ſpectat, quod Lucas euange-

b Euangeliſta ſemel atque iterũ ſcribit de Apoſtolis, qui ſuper baptizatos man⁹ impoſuerunt: hoc ſigno vtentes viſibili diuinituſque inſtituto, per quod Chriſto iam initiatis noua & amplior ſpirit⁹ ſancti gratia cõferretur. Quare cum Apoſtoli man⁹ illis impoſuiſſent, acceperũt, vt Lucas c de ijſdem baptizatis refert, Spiritũ ſanctum, cum acceſsione ſcilicet ac exuberãtia quadam gratiæ ſpiritualis.

b Acto. 8. c & 19. a Cypria. ad Iubaia.

c Ibidem.

Nunc vero, vbi Apoſtolorum vicem Epiſcopi gerũt, & locum tenent, non fraudat DEVS Eccleſiam ſuam, hac tam ſalutari gratia, ſed per eoſdem Epiſcopos d in hoc ſacramento efficaciter operatur, vt adſit, Cypriano e teſte, & veritas ſigno, & Spirit⁹ ſacramento.

d Hieron. con. Luciferianos.

e Serm. de vnct. chriſmatis.

Atque huc pertinet veteris Eccleſię Canon: f Omnes fideles p manus impoſitionem Epiſcoporum

f Vrb. Pontif. & martyr, qui anno 227. vixit in epiſt. ad omnes epiſc.

rum ſpiritum ſanctum poſt baptiſmum accipere debent, vt pleni chriſtiani inueniantur, quia cum Spiritus ſanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam & conſtantiam dilatatur.

III.

Quæ neceſſaria ſunt ad conficiendum hoc Sacramentum?

a 2. Conc. Braccar. ca 4. Cyp. de vnctio. Chriſm. Greg. in 1. c. Cāt. Fabiā. & Floren. conc.

b Cypri. vt ſuprà & li. 1. epiſt. 12. Baſ. de ſpiritu ſan. ca. 27.

Fabian. qui vixit anno 241. epi. 2. c. Cō. Flor.

TRia præcipuè ad hoc requiruntur: Sacramenti propria materia, certa verborum forma, & miniſter idoneus.

Materia ex oleo & [a] balſamo mixta eſt, quæ ab Epiſcopo cōſecrata, ſacri [b] chriſmatis nomen iam olim obtinuit, & in hoc ſacramēto fronti ſolenni ritu illinitur.

Forma verborum hæc præſcripta eſt, [c] *Conſigno te ſigno Crucis, & confirmo te Chriſmate ſalutis. In nomine Patris, & filij, & ſpiritus ſancti.*

Miniſter Sacramenti huius ſolus

lus eſt Epiſcop9, d vt apoſtolorũ exemplũ, forma & traditio retineatur. Qua de re iã olim ita ſancitum accepimus: e Man9 impoſitionis ſacramentum magna veneratione tenendum eſt, quod ab alijs perfici nõ poteſt, niſi à ſummis ſacerdotibus: nec tempore apoſtolorum ab alijs, quàm ab ipſis f Apoſtolis legitur & ſcitur eſſe peractum.

IIII.

Cur autem baptizati ſacro Chriſmate inunguntur?

QVia per Spiritum ſanctum ſic nobis Apoſtoli tradiderunt, ſicuti a Clemens, & b Dionyſi9, Petri, Pauliq; Apoſtolorum diſcipuli probãt. Tradiderunt autem illi quod à Domino ipſo vtique acceperant, de chriſmate conficiẽdo, vt grauis eſt teſtis c Fabianus, idem & Chriſti martyr, & Pontifex Eccleſiæ.

d Acto. 8. e Cle. ep. 4. Vrba. Melchiad. Dam. ep. 4. Leo epi. 88. ad epi. Germã. & Galliæ Conc. Vuormati. Florent. & Trident. e Euſe. Põt. & mart. q vixit anno 310. epi. ad epi. Thuſc. & Cãpaniẹ Inno. 1. epiſto. 1. ad Decent. ca. 3. f Acto. 8. c. & 19. a Baſ. de ſpi. ſanct. c. 27. a Epi. 4. ad Iulium & Iulianum. b De eccle. hierar. ca. 4. & 2. c In epi. 2. ad orien. Epiſcopos.

Sa-

d Synod. Laod. can. 48. Corn. ad Fabium Antioch. apud Euſe. lib. 6. hiſt. cap. 35. Theodore. de hær. fab. in Nouat.

e Lib. 1. epiſt. 12. Et de vnctio. Chriſm. Cyril. lib. 9. in Leuit. Cyril. Hieroſol. catech. 3. myſtago.

Sacroſanctæ etiam [d] ſynodi præceptum de hoc tale extat: Oportet baptizatos poſt baptiſmũ ſacratiſsimum Chriſma percipere, & cęleſtis regni participes fieri. Rationem Cyprianus [e] reddit hanc, vt accepto Chriſmate, id eſt, vnctione, Chriſtianus eſſe vnctus Dei, & habere in ſe CHRISTI gratiam poſsit, teneatque ſanctitatem.

f Li. 15. de trinit. c. 26. Pacianus Barcilonẽ. de baptiſ. & epi. 1. ad Symproni an.

g In ſentẽtijs Proſp. 342. ex Auguſtini. tract. 33. in Ioan. & ſer 47. de verbis Domini. Rabaaus lib. 1. ca. 30. Iſidorus li. 2. ca. 25.

Atqui vnguentum hoc viſibile, quo eccleſia baptizatos vngit, vt [f] Auguſtinus docet, ſignificat inuiſibilis gratię donum, quo ſpiritus ſanctus Chriſtum in primis, qui & à [g] Chriſmate nomen ſuũ trahit, ac deinde Chriſtianos omnes interna vnctione imbuit atque

q; cōfirmat. Vnde pulchrè h Tertullianus, velut ad olei naturā alludens, ita de hoc ſacramēto ſcripſit: Caro vngitur, vt anima conſecretur. Caro ſignatur, vt & anima muniatur. Caro manuum impoſitione adumbratur, vt anima ſpiritu illuminetur.

h Li. de carnis reſurr. Item in li. de baptiſ. Theodor. in ca.1. canticorum. Diony. Clemens, Tertul. Fabiā. Corn. Cyp. Cyrillus vterque. Baſil. Pacian. Amphiloc. Optat. &c. Cōc. Rom. ſub Syluestr. Item 2.3. & 4. Cartha. 1. Tole. 1. vaſenſ. Trid. Ioan.3.b a Melchia. ad Hiſpan. epiſ. Vixit an.311. cōc. Florent.

Vnde qui ſacrum Chriſma reijciunt, magnum illi imperitiæ ſuæ argumentum præbent, vt qui apertè antiquiſsimam & vetuſtiſſimam Apoſtolorum inſtitutionem negent, ac perpetuum Eccleſię vſum ac traditionem temerè damnent.

V.

Quis ſacramenti huius eſt vſus & fructus?

IN baptiſmo à regeneramur ad vitā: poſt baptiſmū aūt in hoc ſacramento confirmamur ad pugnam. In baptiſmo abluimur, hoc vero poſt baptiſmum roboramur, vt regeneratis cuſtos & cō-

ſolator

ſolator, & tutor adſit Spiritꝰ ſanctus. Hæc ſummi & Pontificis, & martyris Melchiadis eſt doctrina. Nec diſſentit ab eo, quod Clemẽs b teſtatur, ſe ab apoſtolis ipſis accepiſſe: Cùm regeneratus, inquiens, quis fuerit per aquam, poſtmodum ſeptiformis Spiritus gratia ab Epiſcopo confirmetur, quia aliter perfectus Chriſtianus eſſe nequaquam poterit.

b Epi. 4. ad Iulium & Iulianum, Vixit Apoſtolorum tempore. Amb. li. 3. de ſacram. ca. 2. & de ijs qui myſter. initiã. cap. 7.

Prodeſt ígitur hoc c Sacramẽtum mirificè, vt qui fidei myſterijs initiati ſunt, ſicut geniti d modò infantes & adhuc imbecilles in Chriſto adoleſcant atque corroborentur.

c Dion. de Eccl. hiera. cap. 2.
d 1 Pet. 2. a

Hos ceu Chriſtianæ militiæ tyrones Epiſcopꝰ admonet in vnctione, vt aduerſus tot hoſtes & quotidiana pericula e ſpiritu principali confirmentur. Conſignat illis cruce f frõtem, quæ pudoris eſt ſedes, vt conſtãter & intrepidè nomen Domini confiteantur:

e Pſal. 50. c
f Augu. in pſalm. 141. Lucæ 9. c Matt. 10. d

impin-

impingit & alapam, vt Chriſtianam militiá inuicta patientia exercendam & ornandam eſſe ſibi perpetua memoria retineant.

1. Pet. 2. d
Lucæ 21. d
Matt. 5. f
Actor. 4. 5.

DE EVCHARISTIAE SACRAMENTO.

I.

Quid ſignificat nomen Euchariſtiæ?

SVmmum illud a & longè ſacratiſsimũ Sacramentum, quo nihil habet Eccleſia dignius, admirabiliꝰ, efficacius, ſalubriusue, hoc vno nomine deſignatur.

Et rectè quidem Euchariſtia, tanquam bona b gratia, ſeu gratiarũ actio dicta eſt, quia præcipuum & maximum c Dei donũ, ipſumque omnis gratiæ fontem & authorẽ continet: ſummorumq; nos bonorum admonet, pro quibꝰ acceptis gratiarum actionem, laudem & gloriam ſummá Deo ſum-

a Dion. eccle. hierar. cap. 2. & 3.
Cõc. Trid. ſeſſ. 13. cap. 2. & 3.
Amb. li. de ſacra. cap. 3.
Cyp. de lapſis.
Orig. cont. Celſum l. 8.
c Chry. ho. 60. ad pop. & 83. in Matt. Item 45. in Ioan. & 61. ad populum Antiochenum.

ſummo debemus. Maius enim beneficium optare non potuiſſem⁹, quàm quod Chriſtus Ieſus Dominus noſter de virgine nat⁹, cruci affixus, & in gloriā [d] aſſumptus, ſe nobis totum ita largiatur, vt etiam nunc corp⁹ eius ſanguinemque verè ſumamus, illique per hoc diuinum ſacramentum prorſus [e] incorporemur.

d Chry. li. 3 de ſacerdotio, & ho. 2. ad pop. Antiochenum, & 3. ad Epheſ. e Cyril. in Ioan. lib. 4. ca. 16 & 17. lib. 10. cap. 13. lib. 11. cap. 26. & 27. Hila. de trinit. lib. 8. Iren. lib. 5. Cyril. Hieroſ. catech. 4. myſtago. Chryſoſt. homil. 45. in Ioannem, & 61. ad populum Antiochenum.

II.

Quæ hoc Sacramento præcipuè continentur?

TRia [a] continet Euchariſtia, ſpecies viſibiles, veritatem [b] corporis & ſanguinis Dominici, & ſpiritualis gratiæ virtutem. Quod enim oculis noſtris apparet [c], ſpecies ſunt viſibiles, panis videlicet ac vini. Quod autē ſub ſpeciebus eiſdem Fides noſtra

a Cyr. Hieroſ. catech. 4. myſtag. b Mat. 26. c Marci 14. c Lucæ 22. b 1. Cor. 11. c Theoph. in Mar. 14. ca. & Matt. 26. ac in Ioan 6. Cyr. ad Coloſſ. Amb. lib. 4 de ſacram. c. 4. & li. 6. c.

ſtra, non d ſenſus aut ratio comprehendit, id verũ corpus & ſanguis eſt Chriſti Saluatoris.

d Damaſ. li. 4. ca. 14:

Cæterum quod participatione Sacramenti huius conſequimur, e eximia quędam eſt Spiritus ſancti gratia, fructus nimirum & effectus, vt oſtendemus, ſalutaris Euchariſtiæ.

e Aug. Tractat. in Ioan. 26. & alij poſtea citandi.

III.

Quæ ſunt præcipua de hoc Sacramento capita ſcitu nececeſſaria?

EA quinque potiſsimum ſeſe offerunt: Primum de a veritate Euchariſtiæ. Alterum de panis & vini tranſubſtantiatione. Tertium de adoratione eius. Quartum de eiuſdem oblatione, & ſacrificio. Poſtremum de ſumptione ipſius ſub altera vel vtraque ſpecie. De his enim præcipuè hac quidẽ tempeſtate ſcire, magnum eſt operæprecium.

a Patrum teſtimonia extãt apud Roffenſem li. 4. aduer. Oecolam. Item apud Tonſtallũ, Gropperũ, & Garetium.

IIII.

Quid igitur de veritate Euchariſtiæ ſentiendum?

ID planè, vt cum tota Eccleſia contra omnes a Capharnaitas certo credamus, ſub ſpeciebus panis & vini veram Ieſu Chriſti b carnem, ac vernm eius ſanguinē in Euchariſtia exhiberi, miniſterio quidem Sacerdotis, virtute autem ac potentia Domini noſtri Ieſu Chriſti, apud quem impoſsibile non c eſt omne verbum. d *Ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit. & creata ſunt.*

a Ioan.6.f & ibi. Cyr. Aug.tract. 27.in Ioan. b.Conc. Epheſin. Nicen.2.acti. 6. Latera. ca.1. Conſt. ſeſ.8. Florē, Trid. ſeſ. 13 Ignat. ad Smyrn. teſte Theodore. in dia. 3 c Lucæ 1. d Mar.10.d d Pſal.148, a Damaſ li.4, de orcho. fide ca.14. Amb.li.4, de Sacra.ca.4.& 5.

Dixit autem in cœna illa pridie quam pateretur. inſtructa, cum panem primum, ac deinde calicem ſuis manibus apprehendiſſet, cumq; de huius Sacramenti tum inſtitutione, tum veritate certos oēs reddere vellet, dixit inquam planiſsimè: f *Hóc eſt Corpus*

e Luc 22. b Marci 14.c Matt.26,c 1.Cor.11,e Iuſt, apol.2 Iren li.4 c.32 & 34 f Lucę 22.b

pus meum, quod pro vobis datur. Dixit, g *Hic eſt ſanguis meus, qui pro multis effundetur.* De qua inſtitutione dixit & antea, h *Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.* Dixit, a *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendit. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* b *Et panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita.*

g Mar.14.c Matt. 26.c. h Ioan 6.f Vide Hilar.8.de Trinitate, Cyril.in Ioan.lib. 4 ca.16. a Ibidem. Vide Cyril. in 4.in Ioã. ca.15.b Ibidem, Vide Cyril.li.4,ca.12, & Theop. in ca.6,Ioan.& in 14.Marci.

Nec obſcura ſunt alia tum Euangeliſtarum, tum c Apoſtoli Pauli teſtimonia, quæ nobis hâc fidem euidenter aſtruunt, ne quis d dubitare poſsit, Chriſtum in Euchariſtia totum ſecundum diuiná humanamque naturam exiſtere, & nobiſcum manere vſque ad e ſeculi conſummationem.

Igitur f eandem planè Chriſti carnem in templis habemus & ſumi-

c 1.Cor.10, 11.c d Epiphan. in Ancor. Cyr. Hieroſol cate. 4. myſtag. Cyril. Alex. ad Caloſy. Chry.83, in Mat. Leo ſer. 6,de Ieiun.7. mẽſ. e Mat.28, d Cõc.Vien.in Clem.tit.de reli.& vene.Sãct.f Aug. in pſal.33.& 98.Prof.de prom.& prędict.p.2 c,25.

ſumimus, quæ olim in Palæſtinâ corá g cernebatur:ſed ea nec ſenſibus hic patet,nec tranſmutationi & corruptioni eſt obnoxia: vtpote inuiſibilis,impaſsibilis. im̃ortalis,ſumma & diuina reſplẽdens gloria,quam ſolis fidei oculis licet hoc tempore intueri:Beati autem in cælis clarè perſpiciũt incredibili cum voluptate.

Et ſunt adhuc Sacramentarij (o horrendam h ſæpeq; damnatam impietatem) qui adorãdum hoc magis, quam inueſtigandum myſterium dum ſenſu ſuo aſſequi non poſſunt, etiá negare audẽt Euangelij verba quáuis luculẽta,mirè deprauantes. Quod nihil eſt aliud ſanè.quam velut è mundo ſolẽ tollere, ſummoque ſponſi theſauro ſponſam Eccleſiam ſpoliare,& panem vitæ fidelibus eripere ne ſit demum, vnde exules illi in hoc mundi deſerto paſcantur atque ſuſtententur.

g Chryſo. hom.2. in poſt.ad Ti. moth.&24 in 1.Corin. Presb. Achaiæ in hiſto.S.And

h 2 Syno. Nicæ acti. 6.tom.3. Rom. Vercella ſub Leo.9. Turon.ſub Victore 2. Rom.ſub Nicolao 2. Rom.ſub Gregor,7. Conſt. ſeſſ. 8.in artic. 3 Ioan.VVicleff. Trid, ſeſſ, 13.can.1.

Quid

V.

Quid verò de Tranſubſtantiatione?

HIc duo in primis animaduertenda, eaque apertè profitẽda ſunt: alterum, ſacerdotem a qui conficiat Euchariſtiam, legitimè ordinatum eſſe oportere: alterum, tantam ineſſe vim in b verbis illis arcanis & conſecratorijs, quibus idem ſacerdos Chriſti vice panẽ & vinum in altari conſecrat, vt panis quidem in Corpus, vinum autem in ſanguinem Domini ſubito c tranſmutetur.

a Conc. Later. can. 1. Chryſ lib. 3 de ſacerd. Hier. ad Heliod. & ad Euagrium. b Iuſtin. apolog. 2. Amb. li. 4. de ſacram. cap. 4. Chry. ho. 2 in 2. ad Timot. & de prodit. Iudæ. Vide Beſſarionem hac de re, & Nyſſe. in ſermon. cateche. c Euſeb. Emiſſ. hom. 5 de paſch. Cypria. ſerm. de cœna Dom. Cyrili. Hierar, cateche 1. 3. & 4. myſtag. Cyril. Alexand. ad Caloſyr. Amb. lib. 5. de ſacram. ca. 4. & lib. 4. cap. 4. & 5. Item lib. 4. de fide cap 5. Chryſ in Matth. hom. 83. & de Encænijs, Damaſ. libro 4. cap. 14.

Verè ſtupenda, ſolaque fide metienda tranſmutatio, quæ omnipotente Chriſti virtute per ea

ipſa verba operante fit: nec immerito [d] tranſubſtantiatio tum â ſynodis. tum â Patribus appellata eſt, quod panis viniq́ue ſubſtātia in corpus ſanguinemq́ue Chriſti certo conuertatur.

Si enim valuit tantum ſermo Eliæ, vt ignem de cœlo deuocaret, non valebit Chriſti ſermo (ſic enim colligit [e] Ambroſius) vt ſpecies mutet elementorū? De totiꝰ mūdi operibꝰ legiſti, [f] ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt. Sermo ergo Chriſti, qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non poteſt ea quæ ſunt, in id mutare, quod non erant? Non enim minus eſt nouas rebus dare, quam mutare naturas. Atqui Chriſti ſermone nihil apertius, dum ait: [g] *Hoc eſt corpus meum: Hic eſt ſanguis meus*: vt nullus omnino relictus ſit locus ſuſpicandi, poſt conſecrationem panem & vinum in Euchariſtia manere.

d Cōc. Latera. can. 1. Trid. ſeſſ. 13 ca. 4. & cano. 2. Vide & Roma. ſub Greg. 7 Conſt, ſeſſ. 8. art 1. & 2 Item Flor. & Lāfran.

e Amb. de ijs q myſt. init. c. 9. & li. 4. de ſacra. ca. 4.

f Pſal. 148 a

g Mat. 26. c Marci 14. c & ibi. Theoph. atq; in 6, ca Ioan. Vide etiā Greg. Nyſſ. ſer. catech. de diuinis Sacra. Guitmundū li. 3

Eſt

VI.

Eſtnè venerandum nobis, adorandũq; hoc Sacramentum?

EST a maximè, ſic poſtulante â nobis officio Religionis, vt quem adeſſe in Euchariſtia credimus, cultu quoque debito proſequamur creaturæ Creatorem, ſerui Dominum atq; redemptorem Opt. Max.

De quo ſcriptura b ipſa pronunciat: *Adorent eum omnes angeli eius:* Et rurſus: c *Adorabunt eum omnes reges terræ: omnes gentes ſeruient ei.* Tum alibi diuinus Propheta, cum hoc ſacramentum, eiuſq; magnitudinem contemplatur, nõ ſat habet dicere. d *Edent pauperes & ſaturabuntur, & laudabunt Dominum.* Sed hoc etiam addit: *adorabunt in conſpectu eius vniuerſæ familiæ gentium.* Item, *Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ.*

a Augu. in pſal. 98, & Amb. lib. 3, de ſpi. ſan. ca. 12. Matth. 4, b Apoc. 14, b 19. b. 22, b Trid. ſeſſ. 13 c. 5. & can. 6

b Heb. 1. b Pſal. 90, b

c Pſal. 71, b

d Pſal. 21, f Vide ibid. Aug. expoſit. primat & epi. 120. ad Honoratum.

e Matt.2.b Ioan.9.g Mat.14.d.9 c.& 28.d Lucæ vlt.g

f Rom.6,b Pſalm.94,a

g Chry. homi.24,in 1. Cor.& 61, ad popu. 3.in epi.ad Ephe. Item li.6.de ſacerdot. Nazian. in Gorhoniā, Greg.4 dialog.ca,58. Orig.ho.5. in diuerſ. Euang locos.

Laudantur ſanè e Magi ſimileſque nonnulli apud Euangeliſtas, quod Chriſto adhuc in carne mortali honores diuinos exhibuerint, coram eo procidentes, eumque adorantes. Atqui nobis idem nunc eſt Chriſtus in Euchariſtia: non f mortalis, ſed immortalis, omni gloria & virtute prorſus admirabilis. Quam nos quidem religioſo g corporis animiq; cultu iure teſtamur, dum Chriſtianæ humilitatis & debitæ gratitudinis officium coram tremenda illa, ſemperque reuerenda Dei maieſtate venerabundi ac ſupplices exhibemus.

VII.

Quid porrò de altaris ſacrificio credendum eſt?

ID proculdubio, inſtitutam eſſe Euchariſtiam non in eum vſum tantum, vt â Chriſtianis velut alimentum ſalutare ſumatur: vnde

* cibus, potus, viuus. ac vitæ panis dicitur: ſed etiam vt tanquam ſummum & proprium noui teſtamenti ſacrificium a offeratur: vt hinc iam olim nomen acceperit hoſtię, ſacrificij, victimæ, oblationis, holocauſti.

Ioan. 6 f
1. Cor. 10 e
1. Cor. 11. f
Prou. 9. a
a Dion. eccle. hierar. c. 3. & ep. 8
Ignat. ad Smyrn.
Iuſtin. in dia. contra Tripho.
Aug. ep. 23 & 20. lib. con. Fauſti cap. 21.
b Iacobus, Baſilius, & Chryſoſt. in Liturg.

Offertur autem in iugem paſſionis Dominicæ memoriam & gratiarum actionem, atque vt credentibus proſit ad b huius & futuræ vitæ mala depellenda, bonaq; impetranda: neque ſolum viuis, ſed etiam defunctis proſit in remiſsionem peccatorum, ſicut è ſcriptura Diuina & traditione c Apoſtolica grauiſsimi Patres aſſeuerant,

Aug. de ciuit. cap. 8. Chryſ. hom. 77. in Ioan. & 18. in Acta Apoſtol. Greg. 4. dialog. ca. 15. Beda 4. Angl. hiſt. cap. 22. c Clem. epi. 3. Iren. libro 4. cap. 32. Chryſoſt hom. 3. ad Philip. & 69. ad popopul. Damaſ. in orat. de defunct.

Hoc eſt eximium illud & incomparabile ſacrificium, quod

a Iren.li.4. ca.32. Euſ. lib.1.ca.10 demonſt. euang. Cyp.lib.2, epiſt.3, Aug.10. de ciui.ca.20.li.20,cont Fauſtum.ca.21,in Pſalm.33 concio.2, e Lucæ 22,b Chryſ. 83. in Matt. & 24, & in priorem ad Cor. Martial. ad Burdeg. Areop. ca.3. Eccleſiaſt.hierarc.

Chriſtus in extrema cœna ſub panis & vini ſpecie d inſtituens, ſuis Apoſtolis, vt primis noui teſtamenti ſacerdotibus, horumq; ſucceſſoribus, vt offerrent, his e verbis demandauit: *Hoc facite in meã commemoratianem.*

f Gen.4,a & d.14,d Exo.12,a g Aug.l.10 de ciu.c.20 & li.o. cõt. Fauſt. ca.5. h Hyp.de conſumm. mundi. Chryſ.ho. 49.operis imperfect. a Dani.12. d.9.g. b Pſa.109.b Hebr.7.a.b. Gen,14.d. c Cyp. li, 2. epiſt.3 Euſe.5,

Hæc eſt oblatio, quæ per varias ſacrificiorum naturæ f & legis tempore ſimilitudines g figurabatur, vtpote quæ bona omnia per illa tum ſignificata, velut illorum omnium conſummatio & perfectio complectitur.

Hoc illud eſt iuge ſacrificium, quod non niſi ad finem mundi h abolendum, Daniel a teſtatur.

Ad hoc ſpectat Sacerdotium b ſecundum ordinem c Melchiſedech,

dech, quod etiam Dauid in Chriſto futurum & permanſurum prędicat. de demõſt. ca.3, Hier, ad Marcellam, & ad Euagrium tom.3. Auguſt. in Pſalm.33. cõc. 2, Epiphanius hæreſi 55. Damaſ li 4, ca.14.

Hæc oblatio munda, quam d Num.28, & 29, nulla vel indignitas, vel malitia offerẽtium inquinare poſsit: quæ Iudaicæ legis d ſacrificijs, quàm plurimis vnicè e ſuccedens, apud Gentes in omni loco. id eſt, toto f orbe terrarum ad celebrandum Dei & Redemptoris noſtri nomẽ, offertur atq; ſacrificatur, vt apud Malachiam legimus. e Aug.17. de ciu.c.20 f Mala.1, c Vide Martia. ad Burdega.ca.3, Iuſt.in dialo.cõ Trip. Iren.l,4,c.32,33,& 34 Chryſ.in Pſal.95. Aug 19. de ciuit.c.23. & li,18,c.35

Hæc eſt Miſſæ oblatio, Sacrificium, Liturgia, cui teſtimonium omni exceptione maius præbent Canones & traditiones g Apoſtolorum, ſanctæ h Synodi, magnus conſenſus, & vſus perpetuus totius Eccleſiæ Græcæ a & Latinę, Orientalis & Occidentalis. g Cã.3, & 9 apoſt. Cle. li, 6, cõſt. apoſt. cb.23, h Nicæ, 1, c. 14, Laod, c. 19, & 58. Ephe. in epi. ad Neſt. & cæt. Trid. ſeſ.22, a Vide litur. Iac. Baſ. Chry. Amb, Greg. &c.

 Quod

b Miſſæ nomen habet Alexan.1. epi.1, Teleſph. Felix 1, Epi.2. Higin. & Soter apud Gratia, Euar. apud Iuonem, & Fabianũ in codice decret. 16, librorũ, Damaſus in Alexand. Sixto 1, Teleſph. & Felice 1. Item epiſt. 4, Carth. cap. 3, Ambroſ. ep. 33, Auguſt. ſerm. 91, 237, & 251, de tempore. Item in conc. Meleuit. can. 12. & 4, Cartha. cano. 84, Leo epiſt. 81, ad Dioſcor. & 88, ad Epiſcopos Galliæ & Germaniæ.

Quod Miſſæ b Sacrificium, ſi rem omnem æquè perpendimus eſt reuerâ Dominicæ paſsionis & illius cruenti ſacrificij, qnod in cruce pro nobis eſt oblatum. ſancta quædam & viua repræſentatio, atque ſimul incruenta & efficax oblatio.

c Luc. 22 b 1. Cor. 11. e d De cæremon. Miſſæ Dion. de ecclе. hier. c. 3. Iſidorus. Alcuinus, Remig. Rabanus, Tu-

Ex qua fit primum, vt memoria, fides & gratitudo noſtra in Redemptorem ipſum viuida quotidie excitetur confirmeturque ſecundum illud, c *Hoc facite in mei commemorationem*, Quorum verborum Eccleſia tam ſedula interpres fuit, vt omnem incruenti huius ſacrificij externum ornatum, d veſtes ſacras, vaſa, ritus, actioneſque omnes ita inſtituerit, vt

ob oculos circumſtãtiam nihil aliud, quàm commemoratio illa ſancta obuerſetur, tantiq; ſacrificij maieſtas magis commẽdetur, ac mẽtes fidelium his tum ſignis, tum adminiculis exterioribus ad meditationem rerũ diuinarum, quæ in hoc ſacrificio latent, facilius ſuſtollantur, & veluti manu ducantur.

itien. Innocent. 3. & Conc. Triden. Hier. ad Theop. ante libros eius paſchales. Cyril. cateche. 5 myſtagog. Clem. epi. 2. ad frat. dom. Beda lib. 1. hiſt. Angl. c. 29.

Hic fit etiã, vt oblationis Chriſti in cruce factæ, & redemptiõis fructus nobis atque credentibus itidem omnibus tam e defunctis, quàm viuis applicetur.

e Cypri. li. 1. epiſt 9. Damaſc. ca. 1. & ſer. ca. 11. 12. & Chryſ. hom. 41. in 1 ep Cor. 21. in acta. orat. de defunctis. Auguſt. de curat. 34. de verbis Apoſt. Item lib. 9. confeſſ. 13. Epiphan, cont. Aërium hæreſi 75.

Quare Cyprianus [f] hoc Sacramentum ad ſanandas infirmitates & purgandas iniquitates tũ medicamentum, tum holocauſtum eſſe teſtatur. Martialis vero

f Serm. de cœna dom. Vide Iaco. in liturg. Baſiliũ & Chryſoſt.

g Ad Bur-dig.ca.3. Vide Hieronymi in ca.1 ad Titum. Amb.1.offic.ca.18. & in pſal 38. Alex.epi.1. & 2. Nazi.ora.1. in Iulian. Aug. ſerm.4.de Innoc.3.Braccar.can.1.Gregor. hom.37.in Euangel.Trident.can.2.ſeſſ.22.

g Apoſtoli Petri diſcipulus, ita ſcribit: Quod Iudæi per inuidiam immolauerunt, putantes ſe nomẽ eius à terra abolere, id cauſa ſalutis noſtræ in ara ſanctificata proponimus, ſcientes hoc ſolo remedio nobis vitam præſtandam, & mortem effugandã. Omittimus interim eiuſdem fidei & ſententiæ teſtes Patres alios, vt inſtituta nobis breuitas retineatur.

h Conc.Ephe.in ep. ad Neſto. 2.Syn.Nec. act.6.to.3. Aug cont Fauſt.li.20 ca.21. a Ephe.5.a Hebr.10.c b.Exod.12. a.b. Marci 14.b c Euſeb.li.1.demon.euan.ca.10. Nazian.ora.2.in Iulianum, & ad epiſcopos. Item ad Conſtantinop.ſacerd.

Ex quibus liquidò cõſtat, Chriſtũ dici & eſſe nobis ſacrificium duplici modo, cruento videlicet ac h incruẽto. Nam in cruce cruentũ ille ſacrificiũ pro nobis obtulit a ſeſe, vt typo paſchalis agni, qui apud Iudæos b immolabatur, verus ipſe agnꝰ ſine macula, id eſt, figurę veritas reſpõderet. In cœna vero, c ſicut & in altari, modo

modo cultuq; incruento, quẽad-
modum & Cyrillꝰ [d] vocat, idem
offerri voluit, vt oblatio Melchiſe
dech, [e] qui panem vinumq; ob-
tulit conſummationem ſuá acci-
peret, maneretque verꝰ ſacerdos
ſecundum ordinẽ Melchiſedech,
ac eius ſacerdotium eſſet in æter-
nũ nullo vnquam alio ſuccedẽte.

Illic ſemel [f] & vno duntaxat in
loco Iudææ peregit ſacrificium,
de quo Paulus Hebræis ſcribens
differit: hic [g] verò ſępius & omni
in loco, nempe per omnẽ paſsim
Eccleſiam ſacrificatur, vt Mala-
chias [h] Propheta confirmat. Illic
in mortem offertur, hic in mortis
illius iugem viuamq; recordatio-
nem, & ſalutiferam eius, quę inde
velut à capite ad membra dima-
nat participationem, vt nimirum
illius in cruce oblati ſacrificij fru-
ctus ac efficientia hoc miſſę ſacri-
ficio quotidiè nobis exhibeatur
atque applicetur.

d Epip. 10. ad Neſt. Itẽ in interpr. Anath. 11.
e Gen. 14. d Heb. 7. a Pſal. 109 a Hier. in ca. 26 Matth. Oecumen. in cap. 5. ad Hebræos.
f Heb. 9 g 10. c
g Chry. ho. 17. in epiſt. ad Heb. Aug. epiſt. 23. Theoph. in cap. 5. 7 & 10. ad Heb. Itẽ Oecu. & Photius
h Mala. 1. c

Eſt-

VIII.

Eſt ne ſub altera tantùm, panis ſcilicet, an verò ſub vtraq; panis ac vini ſpecie, ſumenda Eucharistia?.

DE Sacerdotibus quidem ſeu ſacrificantibus conſtat, ambas Sacramẽti ſpecies illis eſſe ſumendas, ſine quibus neque ritè conſecrare, neq; offerre poſſunt Euchariſtiam. Cuius rei cauſam ex ſacrificio ipſo pẽdentem reddere, hic iam neceſſe non eſt.

a Tert. li. 2. ad vxor. Cyp. ſer. 5. de lapſis. Orig. hom. 13. in Exod. Baſ. ad Cæſar. Bap. Hier. apol. pro lib. cõtra Iouin.

De alijs verò fidelibus non ſacrificantibus illud ſatendum eſt, nullo eos Diuino pręcepto ad Euchariſtiæ Sacramentum ſub ſpecie vtraque ſumendum aſtringi, ſed ad ſalutem illis eſſe ſatis, alterius ſpeciei communionem. Igitur ſi veteris Eccleſiæ ſtatũ repetimus, a nunc vnã tantum, nunc vtramque ſpeciẽ fidelibus diſpẽſatam fuiſſe comperiemus. Si verò

ro ſcripturam ſacram conſulim9, b ſic illa de hoc Sacramēto diſſerit, vt modo panis & calicis, modo ſolius quidē panis ſoleat meminiſſe. Vt enim legimus, c *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis* legimus etiam: *Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum*. Et qui dixit: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam*: dixit etiam: d *Panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita.* Et rurſus idem qui affirmauit: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo*: affirmauit & illud: e *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum*: vt omittamus quæ f Lucas de fractione ſolum panis adducit.

b 1. Cor. 10. d & 11. c Actor. 2. g. c Ioan. 6. f Ibidem. Con. Trid. ſeſſ 21. c. 1.

d Ibidem. e Ibidem. f Luc. 24. c Actor. 2 g. 20. b. 27. f Aug. ep. 86 ad Caſula. & Chryſo. ho. 16. operis imperf.

Neque Chriſti nobis hic deeſt exemplū, qui primum in extre-

ma.

VIII.

Eſt ne ſub altera tantùm, panis ſcilicet, an verò ſub vtraq; panis ac vini ſpecie, ſumenda Eucharistia?

DE Sacerdotibus quidem ſeu ſacrificantibus conſtat, ambas Sacramēti ſpecies illis eſſe ſumendas, ſine quibus neque ritè conſecrare, neq; offerre poſſunt Euchariſtiam. Cuius rei cauſam ex ſacrificio ipſo pēdentem reddere, hic iam neceſſe non eſt.

De alijs verò fidelibus non ſacrificantibus illud ſatendum eſt, nullo eos Diuino pręcepto ad Euchariſtiæ Sacramentum ſub ſpecie vtraque ſumendum aſtringi, ſed ad ſalutem illis eſſe ſatis, alterius ſpeciei communionem. Igitur ſi veteris Eccleſiæ ſtatū repetimus, a nunc vnā tantum, nunc vtramque ſpeciē fidelibus diſpēſatam fuiſſe comperiemus. Si verò

a Tert. li. 2. ad vxor. Cyp. ſer. 5. de lapſis. Orig. hom. 13. in Exod. Baſ. ad Cæſar. Bap. Hier. apol. pro lib. cōtra Iouin.

ro ſcripturam ſacram conſulim9, b ſic illa de hoc Sacramẽto diſſerit, vt modo panis & calicis, modo ſolius quidẽ panis ſoleat meminiſſe. Vt enim legimus, c *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis* legimus etiam: *Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum*. Et qui dixit: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam*: dixit etiam: d *Panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita*. Et rurſus idem qui affirmauit: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo*: affirmauit & illud: e *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum*: vt omittamus quæ f Lucas de fractione ſolum panis adducit.

b 1. Cor. 10. d & 11. c
Actor. 2. g
c Ioan. 6. f
Ibidem.
Con. Trid. ſeſſ 21. c. 1.
d Ibidem.
e Ibidem.
f Luc. 24. c
Actor. 2 g.
20. b. 27. f
Aug. ep. 86 ad Caſula.
& Chryſo. ho. 16. operis imperf.

Neque Chriſti nobis hic deeſt exemplũ, qui primum in extre-

ma

g Mat 26.c Marci 14.c Lucæ 22 b 1.Cor.11. e h Lucæ 24. e.& ibidem Theoph. & Beda. Chryſo. in Matth. operis imperfecti, hom. 17.& Auguſt.lib.3. de conſenſu Euang. cap.25. a Euſeb. li. 6. eccleſ. hiſt.ca.34.

ma illa cœna g ſub vtraque ſpecie hoc inſtituit, ac Apoſtolis tradidit Sacramentũ. Deinde verò in Emaus cum duobus diſcipulis agens, ſub vna ſolum ſpecie h porrexit illis Euchariſtiam, ac poſteà ſtatim illinc ſeſe ſubduxit, ſicut Euangelicum hunc locum Patres interpretantur.

Proinde damnandi non ſunt, ſiue qui nunc vnica contenti ſpecie, ab vſu calicis abſtinent, & multis ab hinc ſeculis a abſtinuiſſe leguntur, ſiue qui olim cum ita probaret Eccleſia, vtranque ſpeciem in vſu publico habuére.

Auguſt.hom.26 ex homil. 50. & ſerm. 252. de tempore. Ambroſ.in Satyrum. Paulinus in vita S.Ambroſij. Amphiloch. in vita Baſilij. Beda Anglic. hiſtoriæ lib.4 cap. 24. Theodor. in Philotheo, vita 26.quæ eſt Simeonis. Euagrius lib. 4. eccleſ.hiſt.cap.35.& Guilhel. Abbas in vita S.Bernardi lib.1.cap. 11.

Verùm magiſter rerum vſus

paula-

paulatim docuit, maiore cum populi commoditate, ac minore periculo, multisq́ue de cauſis frugiferè fieri, vt omiſſo calicis vſu, alterius tantum ſpecie communio retineatur. Atque ita faciendum iamdiu decreuit Eccleſia, nō diſcedens illa quidem à Sponſi ſui inſtituto præceptoue (columna enim b & firmamentum veritatis eſt, & myſteriorum Dei fida c diſpenſatrix) ſed poteſtatem à ſponſo acceptam in diſpenſandis myſterijs d ad ædificationem cōmunemq́ue fidelium vtilitatem conuertēs, prout temporum hominúq́ue conditio, quæ nonnulla etiam in ſacris immutari cogit, poſtulare videtur.

b 1. Tim. 3. d.
c 1. Cor. 4. a
d 2. Cor. 10. d
e 13. d Cōc. Trid. ſeſſ. 21. c. 2.

Nam & Euangelij nobis verba e declarant, Chriſtum in cœna cū illis egiſſe, quib⁹ poteſtatē fecit non ſumendę modo, ſed etiam cōſecrandę offerendæq; Euchariſtiæ, imò f & ordinandæ & admi-

e Mat. 26. c
Marci 14. f
Lucæ 22. b
Iuſti. in Apolo. 2. ad Anton.
f Act. 20. f
1. Pet. 5. a
Lucæ 10. c
Ephe. 4. c

adminiſtrādæ totius Eccleſię. Horum iudicio, prudentiæ & authoritati reliquit, cum de alijs pleriſque ad rem Chriſtianam ſpectātibus, tum de modo ordineq; diſpenſandæ fidelibus Euchariſtiæ, ius in poſterum conſtituendi, atque pro ratione temporum ritè diſponendi. Id probat etiam ex g Paulo h Auguſtinus, & multis Apoſtolorum inſtitutis euinci facilè poteſt.

g 1.Co.11. g h Ad Ianuariū ep.118. ca. 6.

Nec eſt cur Laicis iniuria irrogari vlla putetur, ſi vt in pleriſq; itidem a alijs, hac in parte non æquantur ſacerdotibus. Nam in confeſſo eſt, Chriſtum non eſſe diſſectum in partes duas ſecūdū duo Sacramenti huius ſigna, ſed tam ſub vna, quàm ſub vtraque ſpecie, imo ſub vnius etiam hoſtiæ conſecratę b particula, Chriſtum, totum exhiberi atq; ſumi, videlicet ſecundum carnem, animam, ſanguinē, diuinitatem. Vbi

a Matt.18.c Ioan.20. f 1.Tim 3. a. b.c.& 4.d Ad Tit.1.b. b Baſ.ad Cęſa.patrit Cyr. in epi. ad Caloſy. & in Ioan. li.4.ca.7. Cōc. Flor. Euſ.Emiſ. ho.5.de paſcha. Trid. ſeſ.13. ca.3. Et de Coſ. diſt.2.ca q manducat. &c. Singuli.

autem

autem Chriſtus totus ac integer ſumitur, illic deeſſe nō poteſt integer quoq; fructꝰ & efficax gratia tanti Sacramenti. Quapropter nulla hic laici vtilitate fraudátur, ſiue rem ipſam in ſacramēto contentam, Chriſtum ſcilicet Deum & hominē ſpectes, c ſiue fructū & gratiam, quę Euchariſtiam ſumentibus, ad animarum ſalutem donatur, quæras: ſed tantum hi ſub altera accipiunt, quantum ſub vtraque, ſi liceret, ſpecie eſſent percepturi. c Ioā.6.e.f 1.Cor.10.d

Qua de re d ambigendi, vel diſceptandi amplius nullus iam relictus eſt locus, poſteaquam ſpiritus ſanctꝰ, qui iuxta promiſsionem e Chriſti docet, ac regit Eccleſiam, certam nobis & explicatam ſententiam edidit, editamq; ſemel ac iterum ſacroſanctæ f Synodi non violanda authoritate confirmauit. Vnde perſpicuè colligi poteſt, hanc ſub altera ſpecie d Aug. ad Ianuar. ep. 118.ca.5. e Luc.22.c Ioā.14.b.d & 16.b Eſaiæ 50.d f Syn. Conſtan.ſeſſ.13. Baſilien. ſeſſ.30. Triden.ſeſſ. 21.

com-

communicandi conſuetudinem̃ præcepto diuino haud aduerſari, Eccleſię legitima authoritate fulciri, temporis longæuitate magnoque populorum fidelium conſenſu cõprobari, ratione ac vtilitate certa cõmendari: ac demum pro lege, quam ſola mutare poſſit Eccleſia, certò habendam eſſe.

Sed nec aduerſarij, quantumuis hic oſtrepant, eiuſmodi in cõmunicando ritus initium vllum poſſunt demonſtrare. Vt mirũ ſit adhuc reperiri, qui priuatę pietatis ſpecie ducti, aliter ſibi perſuadeãt, & hac in parte cũ nouis Eccleſiæ contemptoribus g aduerſus venerandam totius Eccleſiæ h authoritatem conſpirent. His verendum eſt ſanè, ne dũ externa Sacramenti ſigna tantoperè vrgent, & contentioni ſeruiunt, Sacraméti fructum internum, adeo que Chriſtum totum amittant, vt ab omni vſu Sacramenti præ-

g 1. Tim. 3. d. Matt. 18. a

h Aug. cõt. Creſc. li. 1. cap. 33.

ſtet

ſtet eos penitus abſtinere. Quandoquidem neque [a] Fides, neque Sacramenta vllis, niſi perſiſtentibus in Eccleſiæ vnitate, ſunt ſalutaria. Vt hinc Auguſtinus [b] dixerit. Omnia ſacramenta Chriſti non ad ſalutem, ſed ad iudicium habentur ſine charitate vnitatis. Ac iterum, [c] Quid prodeſt homini vel ſana fides, vel ſanum fortaſsè fidei Sacramentum, vbi lethali vulnere ſchiſmatis perempta eſt ſanitas charitatis? Nec dubium ſanè, quin grauiter in Chriſtum ipſum peccent, qui hoc vnitatis ſanctiſsimo [d] ſymbolo ad ſchiſmaticæ diuiſionis ſymbolum audent abuti.

a Aug. de vnit. eccleſ. cap. 4.

b Li 2. con. lite. Petili. cap. 40. Eſaiæ 59.

c Et de baptiſ. cont. Dona. li. 1. cap. 8.

d Aug. 21. de ciui. ca. 25. Triden. ſeſſ. 13. cap. 2 & 7.

IX.

Quem fructum exhibet ritè ſumpta Euchariſtia?

PLurimum ſanè maximumque præbet. Hoc enim ſacrum eſt conuiuium, in quo Chriſtus

ſumitur, recolitur memoria paſſionis eius, mens a impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignꝰ datur: vt præclarè horum fructuum ſenſu experientiaq; excitata b decantat Eccleſia.

Hic eſt b panis, qui de cœlo deſcendit, vt dat vitam mundo, noſtroſq; animos in vita ſpirituali ſuſtentat atque confirmat.

Hæc ſacra ſynaxis ſiue communio, c quæ fideles tanquam eiuſdem corporis membra inter ſe iungi, ac ſanctorum piorumque omnium meritis aſſociari ſignificat atque præſtat, tum quod auguſtius eſt, eoſdem capiti ſuo CHRISTO d arctiſsimè vnit, vt in eo illi e maneant, & ipſe in illis, atque ita vitam æternam cõſequantur.

Hoc eſt f viaticum noſtræ peregrinationis, quod in huius vitæ deſerto militiaque verſantibꝰ, & hinc ad cœleſtem Hieruſalem

a Amb. in pſal. 118. ſermo. 15. ver. 4. Concil. Trid. ſeſſ. 13. ca. 2.
b Ioan. 6. d e f. & ibid. Theophy. & Cyril.
c 1 Co. 10. d Conc. Flor.
d Chry. homi. 45. in Ioan & 61. ad pop. Hil. li. 8. de Trinit. Leo ſer. 14. de paſſ. do. Cyr. l. 11. in Ioan. ca. 26 li. 10. ca. 13. & li. 4. c. 17.
e Ioan. 6. f
f 1. Nic. cõ. can. 12. 2. Arela. c. 12. d Aure. c. 34. Chry. 6. de

lem contendentibus, veluti Manna g Patribus datum, affert conſolationem, delectationẽ, & virtutẽ, & gratiam longè efficaciſsimam.

Ac pręcipuè quidem duo (vt egregiè docet h Bernardus) operatur in nobis Hoc Sacramẽtum, vt videlicet & ſenſum minuat in minimis, & in grauiorib. peccatis tollat omnino cõſenſum. Si quis veſtrum non tam ſæpè modo, non tam acerbos ſentit iracundiæ motus, inuidiæ, luxuriæ, aut cæterorum huiuſmodi, gratias agat corpori & ſanguini Domini, quoniã virtus Sacramẽti operatur in eo, & gaudeat quod peſsimum vlcus accedat ad ſanitatem. Et idem alibi: a Hoc corpus Chriſti ęgris medicina, peregrinãtibus via: quod debiles confortat, valentes delectat, languorem ſanat. Per hoc homo manſuetior efficitur ad correptionem, patientior ad laborem, ardentior, ad amorẽ, ſagacior ad

ſacerdo. Paulini in vita Ambroſij.
g Exod.16, d,f. Deut.8,a. Sapiẽt.16,c. Ioan.6,f.
h ſerm. de cœna domini. Lege Cyril.li.4 in Ioã.c.17 & li 3,c.3.
a Citantur à B. Thom. Opuſc.59 Vide etiã Chryſoſto. homil.24 in 1.Corin. & 51, in Matth.

cautelam,ad obedientiam promptior,ad gratiarum actionem deuotior. Quare nihil mirum â magno b Ignatio ſcribi,vt ad Euchariſtiam Deique gloriam, ſicut ille appellat.frequẽter & properè accedamus. Quando enim aſsiduè hoc ipſum agitur,expelluntur poteſtates Sathanæ, qui actus ſuos in ſagittas ad peccatum ignitas conuertit,medicamentum eſt panĩs ille immortalitatis,antidotum non moriendi,ſed in Deo per Ieſum Chriſtum viuendi.

b Ad Epheſios. Vide Baſil.ad Cęſarem pat. Amb.li.5 de ſacram. cap.4. Cyp.ſerm. 6.de orat. Domini, Hieron. ad Lucin. epi. 28, Cyr.li.3. in Ioan.ca.37

X.

Quæ nam ad Euchariſtiam dignè ſumendam, eiuſq́ fructus conſequendos requiruntur?

EXpedita eſt Apoſtoli reſpõſio: a *Probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat*: quemadmodũ & Auguſtinus b dixit: In Chriſti corpore vita noſtra conſiſtit: mutet ergo vitam, qui vult accipere vitam.

a 1.Cor.11 & ibiddẽ Theoph.& Anſelmus Itẽ Grego. in 1.Reg.l. 2.cap.1. b Serm,1 de temp.

Hæc

Hæc autem probatio ſui, & vitæ mutatio in quatuor potiſsimûm rebus verſatur, videlicet, vt c adſit fides, pœnitentia, mentis attentio, & Chriſtiani hominis habitus decens.

Fides hoc poſtulat, ne de his quæ diximus, alijſq; ſimilibus ad hoc myſteriũ pertinẽtibus, quicquam dubites. Id fiet, ſi ſimpliciter quidem in fide atque ſentẽtia d Eccleſiæ, vt eſt ſanè neceſſariũ, per omnia acquieſcas.

Pœnitentia, e de qua mox plura dicemus, peccatorum deteſtationem & explicatam coram Sacerdote confeſsionem, impetratamq; abſolutionem exigit.

Animus deinde f præſens accedat opus eſt, qui ſeſe per meditationes & precationes g pias ad hoc tantum Sacramentum ſerio conuertat.

Poſtremo decens habitus & compoſitio poſtulat. ad ſacrá Sy-

c Baſ. quæ. 172. cópen. explicata. d 1. T.m, 3. d e Baſ. l, 1. de baptiſ. ca. 3 & l. 2. quę. 3. Cypria. de lapſis. Cõc. Trid. ſeſſ. 13, c. 7 Heſi. h. in c. 26 Leui. Chryſ. ho. 30, in Gen. & hom. 10, in Matth. f Chry. ho. 83. in Mat. & 3. ad Epheſ. 60. & 61, ad pop. Antioch. g Amb in orat. ante miſſam.

naxim neminẽ, niſi h caſtum, a ie-iunium, modeſtum, humilẽ, b ſupplicem, minimeque ſordidum accedere.

h Auguſt. ſerm. 2, & 232 adetẽp

a Augu. ad Ianua, epi. 118, cap. 6,

b Orig. homil. 5, in diuerſ. Euangelij locos, c 1, Corint, 11, g

Qui vero ſacram Euchariſtiam indignè ſibi ſumunt, non vitã, ſed iudicium ſibi ſumunt, & c rei ſunt Corporis & Sãguinis domini, Apoſtolo teſte: cum Iuda igitur & Iudæis ſanguinarijs Chriſti hoſtibus grauiſsimè condemnandi.

Chryſoſto. homil. 45. in Ioan. & 61. ad populum Ant. Baſil, lib. 2. de Baptiſ. quæſt, vel cap. 3, Theodoret. in 1. Corinth. cap. 11.

DE POENITENTIAE SAcramento.

I.

Quid eſt Pœnitentiæ Sacramentum?

Tridẽtina ſeſſ. 14, cap. 1. & cano. 1 Item ſeſſ. 6, cap, 14 & can. 29, Florent. & Cõſtant. ſeſ. 13

EST, in quo Sacerdotalis abſolutio â peccatis, quæ deteſtatus riteque confeſſus quis fuerit, impenditur.

Quam abſoluendi poteſtatem

vt

vt in Eccleſia certam haberemꝰ, diuina promiſsio a Sacerdotibus facta hæc fuit: b *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum rêtinueritis, retenta ſunt*. Tum alio in loco. *Amen dico vobis*. inquit, c Dominus: *quæcunq; alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo: & quæcunq; ſolueritis ſuper terram erunt ſoluta & in cælis*.

Bern. in vita Malach.
a Trid. ſeſ. 14. cap. 6 & cano. 10. Amb. lib. 1 de pœnit. ca. 2, & 7, Item lib. 2, cap. 2,
b Ioã. 20. f Ibidem, Cyril. li. 12 cap. 56, Greg. hom. 26, in euang. Chryſ. hom. 85, in Ioan. c Matth. 18. c. Cyprian. lib. 1. epiſt. 2. ad Cornel. Hilar. can. 16, in Matth. Hiero. ad Heliodo. epiſt. 1. Auguſtin. lib. 20, de ciuita. Dei cap. 9, Chryſoſt. hom. 5, de verbis Eſaiæ: Vidi Dominum.

Ex quibus liquido cernitur, præſtantem, & conſolationis plenam Sacramenti huius efficaciam eſſe, vt quo remittantur quæcunque peccata fœdiſsimè perpetrata, & ſoluantur indiſcriminatim, qui corã Deo reas habent conſcientias: idq; ſacerdotum miniſterio

rio ex diuina Chriſti inſtitutione. Quare Sacerdotum poteſtas & authoritas nunc longè quam d olim, eſt excellentior pluriſque facienda, vt quibus non corporis lepram, verum animæ ſordes, non dico purgatas probare, ſed purgare prorſus conceſſum eſt, e Chryſoſtomo teſte. Et Auguſtinus: f Quid facit Eccleſia, inquit, cui dictum eſt, quæ ſolueritis, ſoluta erunt? niſi quod ait Dominus, ad diſcipulos, g *Soluite illum, & ſinite abire.*

d Leui. 4. c f g 5, b. d. 6, a. 12, a, 14, a Matth. 8, a Lucæ 17 d e Chryſ. l. 3 de ſacerd. f Aug de verb. Dom ſerm. 8, Vide etiã ſer. 44, in Ioannem tract. 49, li. ẽho. 27, ex 50. & in Pſal. 101. conci. 2. g Ioan, 11. f

II.

Cur opus eſt pœnitentiæ Sacramento?

VT homo poſt baptiſmum relapſus, & inimicus Dei factus, per hoc Sacramẽtum remiſſione peccatorum accepta, Deo reconcilietur, & ex mortuo viuus, ex impioq; iuſtus efficiatur. Vnde Patres a pœnitentiam non temerè ſecundam poſt nau-

Amb. li. de pœn. 1. & 2 Aug. l. 1 de adul. cõc. c. 28, & li. 2, c 16, Conc. Late. can. 1 Trid, ca. 2, ſeſ. 14. Item Flor. Hier. li. 2, aduerſus Pelag. a Pacia. ep. 1, & 2, ad Sẽpr.

fra-

fragium tabulam vocant, qua ſcilicet ex vortice mortalis peccati, tanquam è naufragio ſubuehi, & in gratiã amicitiamq́; Dei transferri vnuſquiſq; poſsit, quãtumlibet multis magniſq́; criminibus prægrauatus. III.

Hier. in c. 3. Eſaiæ & ad Demet. de ſeruã. virg. Ambro. ad virg. lapſ. ca. 8. Trid. ſeſſ. 6. c. 14. & ſeſſ. 14. can. 2.

Quando hoc Sacramentum rite accipitur, & efficaciter operatur?

CVm is, qui remiſsionẽ peccatorum imploret, tres illas partes ſeu actiões adhibet, Contritionẽ, Confeſsionem & Satisfactionem, quæ totã hominis ad Deũ conuerſionem, pœnitẽtis officiũ, & renouationem complectuntur: a de quib9 ita Chryſoſtomus: Perfecta pœnitentia cogit peccatorẽ omnia libenter ferre: in corde eius contritio, in ore confeſsio, in opere tota humilitas. Hanc eſſe frugiferam pœnitentiã Chryſoſtom9 aſſerit, vt quibus modis Deum offendimus, offendimus aũt corde, ore ac opere, iiſdẽ reconciliemur

Tertul. de pœnit. Ezec. 18. & 33. c. Con. Flor. & Trid. ſeſ. 14. ca. 3. & can. 4

a Hom. de pœnit. 2. Reg. 16 c Pſal. 50. d a 6. b 37. b d. 101. a. b 2. Reg. 12. d. 24. b 3. Reg. 21. b Ionæ 3. d.

Deo, corde quidem per contritionem, ore per confeſsionem, ac opere per ſatisfactionem.

b Pſal. 50, d. Ad contritionem pertinet illud,[b] *Sacrificium Deo Spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.*

c Act. 19. d Confeſsionem his verbis Lucas indicat:[c] *Multi credentiũ veniebant confitentes & annunciantes actus ſuos.* Et[d] Iacobus Apoſtolus docet: *Confitemini alterutrum peccata veſtra.*

Num. 5. a d Iac. 5, d & ibid. Beda

e Matt. 3, b Lucæ 3, b Actor. 26, f Ad Satisfactionem porro ſpectant, digni[e] pœnitentię fructus, quos Ioannes Baptiſta poſtulat, inter quos & eleemoſynæ. De his autem Daniel Propheta, *Peccata tua*[f], inquit, *Eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum.* Grande ſcelus grãdem habet neceſſariam ſatisfactionẽ, ait[g] Ambroſius.

f Dan. 4, e

g Amb. ad virg. lapſ. ca. 8,

h 2. Cor. 12. g Atque eo referendum etiam, quod Paulus ait[h] de Corinthijs; deplo-

deplorandis, quandoquidem ſuper immunditia, fornicatione & impudicitia quam geſſerant, pœnitentiam necdum egiſſent.

IIII.

Quid eſt Contritio?

EST animi dolor, & quæ de peccatis propter Deum offenſum concipitur deteſtatio, cum propoſito vitæ in melius commutandæ coniuncta.

Trid. ca. 4 ſeſ. 14 Flor. Aug. ſer. 3 in natal. domi. & ca. 3 de pœn. medic. ſeu ho. 50, ex 50 Ibid. ca. 15

Hæc contritio [a] paratur, ſi quis peccatorum ſuorum fœditatem, magnitudinem ac multitudinem ſedulo intueatur: ſi de ſumma bonitate offenſa, de Dei gratia, cæteriſque donis amiſsis ſolicitè cogitet: ſi mortis incertæ ineluctabilem [b] neceſsitatem, futuri iudicij horrendam ſeueritatem, ac paratas etiam peccatoribus pœnas ſempiternas expendat atque pertimeſcat.

a Chryſ. in Pſal. 50, & de cópũct. cor. l. 1, & 2 Au. de pœnit. medic. c. 9. Amb. ca. 8, ad virgin. lapſ. Trid. ſeſ. 14 cano. 5.

b Heb. 9, g Sopho. 1, d Matt. 25. d Mar. 9, f g

Huc pertinet illud Ezechiæ, c *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* Et illud Dauidis. *A iudicijs tuis timui.* d Et quod idem gemens orat, *Afflictus ſum & humiliatus ſum nimis: rugiebam gemitu cordis mei.* Nec multo poſt: *Iniquitatem meam annũciabo, & cogitabo pro peccato meo.*

c Eſa.38,c
d Pſal.118,d
Pſalm.37.b
Ibidem d

Quin & manifeſta Dei vox eſt ad peccatorem: e *Charitatem tuam primam reliquiſti. memor eſto itaque vnde excideris. & age pœnitentiam.* f Sed & Chriſtus in Euangelio, *Timete eum*, inquit, *qui poſtquã occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam ita dico vobis, hunc timete.*

e Apoc.2.b 2.ad Cor. 12,g. & 7.c
f Luc.12.a Matth.10 d

Iam vero contritionis hic dolor ita demum ad remiſsionem peccatorum nos præparat. ſi cum g fiducia diuinæ miſericordiæ, votoque præſtandi ea, quæ ad h pœnitentiæ ſacramentum ſpectant, coniungatur.

g Amb.li.1 de pœn.c.1
h Aug.de pœn. med. ca.11, & in Euch.c.65
Ambro. in pſal.37, & ca.8, ad virgin.lapſ.

Eſt-

V.

Eſt nè Confeßio neceſſaria?

EST vtque, non ſolum autem, vt quidam falſo autumant, interior illa, quæ coram Deo [a] quotidie facienda eſt Dauidis exemplo, qui ait, [b] *Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino,* verum etiã hæc exterior, quæ apud [c] Sacerdotem de criminibus peragitur omnibus, quæ poſt examinatam ſedulo conſcientiam in mentem homini veniunt.

[a] Chry, ho. 42. in Mar.
[b] Pſal. 31, b
[c] Orige. in pſalm. 37. hom. 1, Chryſ. li. 3 de ſacerd. Cyril. li. 2 in Leuit.

Ia de hominibus Eccleſiæ primitiuæ ſcriptum eſt: [d] *Multi credentium veniebant confitentes & annunciantes actus ſuos.*

[d] Act. 19, d

Quam confitendi rationem eſſe neceſſariam non Eccleſiæ [e] modo ſacra iura, & Patrum [f] venerãda ſcripta confirmant, ſed etiam

[e] Cõc. Later. can. 21. Florent. & Trid. ſeſ. 14 ca. 1.

[f] Clemens ep. 1. ad Fratrem Dom. Diony. epiſt. 8 ad Demoph. Tertull. de pœnit. Orig. in Pſal. 37. ho. 2. Cyp. de lapſis. Pacia. in paren. ad pœn. Cyril. li. 2. in Leui. Hiero. in ca. 10. Eccle. Chryſ. ho. 30. in Gen. & 10. in Matt

etiam Chriſti diuina verba concludunt declarantque, cum ait: g *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.* Atqui remittere, vel retinere peccata (cum iudicis hęc ſint officia) nullus rectè poteſt Sacerdos, niſi peccantis cauſam, de qua iudicandum eſt, probè antea cognitam habuerit atque perſpectam. Quæ cauſæ cognitio prius haberi non poteſt, quam is, qui expendendũ ſe Sacerdoti, vt h iudici ac a medico ſuo, abſoluendũque tradit, ſpontanea confeſsione vulnera ſua ſigillatim detegat, atq; ita aperiat, vt ſacerdos vbi peccata ſoluenda & vbi liganda ſint, explicatè cognoſcere queat.

g Ioã. 20. c.

h Aug. lib. 20. de ciui. Dei ca. 9 Greg. ho. 26. in euã. Chry. lib. 3. de ſacerd. & hom. 5. de verb. Eſaiæ, Hier. ad Heliod.

a Concil. Lateran. ca. 21. Vormatien. ca. 25. Orig. hom. 1. & 2. in pſal. 37.

VI.

Quomodo Patres de Confeßione ſcribunt?

Hi

HI certè non modò confitendi vtilitatem & vſum, qui ſemper in Eccleſia fuit, ſed ius etiam atq; neceſsitatem nobis magno conſenſu commendant comprobantque.

Vt verò è plurimis paucos, & probatiſsimos illos teſtes producamus, ſic habet inprimis magnꝰ ille Baſilius: [a] Neceſſarium videtur his, quibus diſpenſatio myſteriorum DEI cõmiſſa eſt, confitẽda eſſe peccata. Sic enim & hi, qui antiquitus pœnitebant, inueniũtur apud ſanctos cõfeſsi eſſe peccata ſua.

[a] Quæſt. 288. cõpẽd. explic. Vide eundem quæſt. 229. & in epi. 3. Canonica ad Amphiloc. can. 73.

Tum Cyprianus, [b] Confiteantur, inquit, ſinguli, quæſo vos fratres, delictum ſuũ, dum adhuc qui delinquit in ſeculo eſt, dũ admitti eius confeſsio poteſt, dum ſatisfactio cuiuſque, & remiſsio facta per ſacerdotes apud Dominum grata eſt.

[b] De lapſis Vide eundẽ li. 3. ep. 14. & lib. 1. epiſ. 3. ad Cornel.

Accedit his Auguſtini ſentẽtia,

Ho. 49. ex 50. Itē ho 41. & 50.

qui docet in hunc modum: Agite pœnitentiam qualis agitur in Eccleſia, vt oret pro vobis Eccleſia. Nemo ſibi dicat, Occultè ago, apud Deum ago: nouit Deus qui mihi ignoſcit, quia in corde ago. Ergo ſine cauſa dictū eſt, *Quæ ſolueritis in terra, ſoluta erunt in cælo*, Ergo ſine cauſa ſunt claues datæ Eccleſiæ Dei? Fruſtramus Euangelium DEI, fruſtramus verba Chriſti, Promittimus vobis quod ille negat? Nonne vos decipimus? Tum alibi,[d] Sunt, inquit, qui ſufficere ſibi ad ſalutem autumant, ſi ſoli Deo, cui nihil occultum eſt, quem nullius latet cōſcientia, ſua confiteantur crimina. Nolūt enim aut erubeſcunt, ſiue dedignantur ſe oſtēdere ſacerdotibus, quos tamen inter leprā[e] & lepram diſcernere per Legiſlatorem conſtituit Dominus. Sed nolo vt ipſa decipiaris opinione, quatenus confundaris confiteri coram

Matth. 18. Ioan. 20. c

d Lib. 2. de viſit. infir. mor. ca. 4.

e Leuit. 13. & 14. a Lucæ 17. d Matth. 8. a

corá Domini Vicario, vel tabeſcens præ rubore, vel ceruicoſus præ indignatione. Nam ipſius ſimiliter ſubeundum eſt iudicium, quem Dominus ſibi non dedignatur Vicarium.

Nec minus eſt euidens, quod Leo ille Magnus ſcriptum reliquit: [f] Multiplex miſericordia Dei ita lapſibus ſubuenit humanis, vt non ſolùm per baptiſmi gratiam, ſed etiam per Pœnitentiæ mediciná ſpes vitæ reparetur æternę, vt qui Regenerationis donum violaſſent, proprio ſe iudicio condemnantes, ad remiſsionem criminum peruenirent: ſic Diuinæ bonitatis præſidijs ordinatis, vt indulgentia Dei, niſi ſupplicationib9 ſacerdotum, nequeat obtineri. [g] Mediator enim Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus, hác prępoſitis Eccleſiæ tradidit poteſtaté, vt & cōfitentibus

f Epiſt. 91. ad Theod. Foroiuliéſ. epiſcop.

g Vide eundem ep. 80. ad Epiſc. Campan. 1. Tim. 2. b

ſatis-

ſatisfactionem pœnitentiæ darēt, & eadē ſalubri ſatisfactione purgatos, ad communionem Sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent.

VII.

Quid porrò de ſatisfactione ſentiendum eſt?

Greg. in c 9 1. Reg. 1. Baſ. quæſt. 12. in regu. breuiorib. a Heb. 9. g Epheſ. 5. a f. 4. g 1. Ioan. 2. a Ioan. 1. d b Ephe. 2. a 2. Cor. 5. d Cyp. li. 3. epiſt. 8. & 14 Tertull. de pœnit. Cōc. Trid. ſeſſ. 14. c. 8. & 9. de Sacram. pœnitentiæ.

ID videlicet, quòd alia Chriſti redēptoris propria, alia fideliū pœnitētium cōmunis ſit ſatisfactio. Illa ſemel a in corpore Chriſti crucifixi, dum agnus ille mundi peccata tulit peracta eſt vt qui naturà ſunt b iræ filij, Deo, reconcilientur: Hæc vero, quę ad pœnitentes pertinet, à Chriſti mēbris in Eccleſia quotidiè peragitur, cum pœnitētes poſt Confeſſionem ea quę Sacerdos abſoluēs iniunxit, perficimus, aut cum vltro quidem dignos pœnitentiæ fructus edimus, quibus anteactæ vitæ errata ſiue commiſſa aliqua ſaltem ex parte compenſemus.

Hæc

Hæc vindicatoria ſimul & e-mendatoria quædam eſt ſatisfa-ctio,& Redemptoris Chriſti be-neficium, atq; Satisfactionem a-deò non obſcurat, vt magis etiã commendet illuſtretq́;. Illa enim præeunte,ac præcipuè c coope-rante, iuxta diuinam ſcripturam iudicium facimus, & iuſtitiam, delicta noſtra cõtra nos ipſos vin-dicãtes,& reſiduas in nobis pec-catorum reliquias diluẽtes, Dei-que gratiam nobis pleniorem cõ-ciliantes atque promerentes: de-nique hac ratione teſtantes, nos Chriſti crucem libẽter amplecti, d abnegare nos ipſos, mortificare carnẽ, veteris nos hominis odio cõmotos, ad perfectiora conni-ti, dum aduerſus deprauati ani-mi motus ardenti zelo fortiterq́; certamus.

c Chry. ho. 80. ad pop. Eſaiæ 56.a Eze.18.c.f. Hier.22.a 2.Cor.7.c Pſal.50.a et Chryſ.ibi. & in 3.ca. Matth.

d Lucæ 9.c Matth.16.d Rom.6.a Ephe.4.c Coloſſ.3.a

Quo quidem pacto Satisfactio-ni operam dabant e Dauid, Ni-niuitæ & alij, quos in cilicio, ci-nere,

e 2.Reg.12. d. 1.Para.21.c Pſalm.34. b.68.b Ionæ 3.b

3.Reg 21.g nere, gemitu, luctu, ieiunijs alijſq́;
1.Mach.2.b afflictionibus pœnituiſſe conſtat,
3.f
2.Mac.3.d qui & hinc Deo grati & appro-
Matth.11.c bati fuiſſe leguntur.
Lucæ 10.Iudith.4.b.c.d.8.a.7.a.Ioëlis 2.c. Danie.9.a.Iob 42.b. Hierē. 6.g.9.c.25.g.48.f.40.a. Ezech.7.e.Thren.2.c.

Quam pœnitentię partem Scriptura confirmans, nobiſque commendans clamat: [f] *Conuertimini ad me in toto corde veſtro in ieiunio & fletu, & planctu.* Et alibi: [g] *Conuertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris: & non erit vobis in ruinam iniquitas.* Et quidem Pauls [h] docet, triſtitiam, quę ſecundum Deum eſt operari vindictā, & generatim admonet: [a] *Si nos ipſos dijudicaremus, non vtiq; iudicaremur à Domino.*

f Ioël. 2.c
g Eze. 18.g
h 2.Cor.7.c
a 1. Cor. 11.g.

Ea propter nō eſt, cur de Satisfactionis nomine, qund certè Patribus eſt perquàm familiare, diſceptemus, cum in ſcripturis res ipſa perſpicuè proponatur.

Profes

VIII.

Profer aliquot Patrum de Satiſfactione ſententias.

CYprianus ille, ſanctiſsimus Martyr & teſtis grauiſsimus, in hunc modum docet: a Deus quantum Patris pietate indulgēs eſt, tantum iudicis maieſtate metuendus eſt. Alto vulneri diligens & longa medicina non deſit: pœnitentia crimine minor nō ſit: orare oportet impenſius, diem luctu tranſigere, vigilijs noctes ac fletibus ducere, tempus omne lachrymoſis occupare lamentationibus, ſtratos ſolo adhærere cineri, in cilicio volutari b ſordibus. Idemque rurſus: & Rogandus eſt DEVS & ſatisfactione noſtra placādus, delicta noſtra reputanda, actus noſtri & animi ſecreta voluēda, cōſcientię merita ponderanda. Nec multò poſt: Pœnitētiæ iter quod oſten-

a Ser. 5. de lapſis. Idem lib 1. epiſt. 3. ad Corn. & li. 3. epiſt. ad Clerum.

b Ser. 5. de lapſ. Vide eūdem de Eleemoſ.

oſtendit Antiſtes, amplectamur: remedia vitalia, quę de ſcripturis cœleſtibus ille depromit, aſſumamus; & ex vulneribus etiã occultis, quorum exomologeſin fecimus, exponẽtes apud eũ cõſciẽtiæ noſtræ pondus, ſalutarẽ medicinam exquiramus: nec ceſſemus in agenda pœnitentia atque in Domini miſericordia deprecãda; ne quod minus eſſe in qualitate delicti videtur, in neglecta Satisfactione cumuletur.

c Hom. 50. ex hom. 50. ca. 15. Vide etiã in enchirid. cap. 70. 71. & 65

Et c Auguſtinus clariſsimè dixit: Non ſufficit mores in melius commutare, & à factis malis recedere, niſi etiam de ijs, quę facta ſunt, ſatisfiat Deo per humilitatis gemitum, per contriti cordis ſacrificium, cooperantibus elemoſynis.

In Epitap. Paulæ, ad Euſtoc. ep. 27. & Chryſo. hom. 10. in Matth.

Tum apud Hieronymum d legimus in hunc modum: Affligendum corpus, quod multis vacauit delitijs: longus riſus perpetu

com-

compenſandus eſt fletu: mollia linteamina & ſerica precioſiſsima aſperitate cilicij commutanda.

Eodem ſpectans Ambroſius: e Qui agit pœnitentiam, inquit, non ſolum diluere lachrymis debet peccatum ſuum, ſed etiã emẽdationis factis operire & tegere delicta ſuperiora, vt ei non imputetur peccatum. Atque idem alibi: f Grandi plagæ alta & prolixa opus eſt medicina. Grande ſcelus grandem neceſſariam habet ſatisfactionem. Ita demum Gregorius: g Cogitandum eſt ſummoperè, vt qui ſe illicita memini commiſiſſe; à quibuſdam etiam licitis ſtudeat abſtinere: quatenus per hoc conditori ſuo ſatisfaciat.

e Li. 2. de pœnit. c. 5. Item lib. 1. ca. 16.

f Ad virg. lapſ. c. 8. Similiter li. 1. de pœn. c. 2.

g Hom. 24. in euange. Vide Emiſ. ad monac. ho. 5. & 10. Itẽ Theodor. in epitome diuini. decret. ca. de pœnit. & li. 4. hæretic. fabularũ de Audianis.

IX.

Eſt ne ſatisfactioni etiam poſt mortem locus?

AD hoc explicandũ varia morientium conditio eſt obſeruanda

a In orat. Manaſsis pœnitentis
b 2. Reg. 12. d. Pſal. 6. b
c Eſaiæ 38.
d Mat. 26. g
e Lucæ 7. f
In Enchr. ca. 110. Beda in ca. 11. Prouer.
g 1. Cor. 3. c Sic interpretatur cũ locũ idẽ Augu. in pſal. 37. l. 21. de ciuit. ca. 26. de fide et op. ca. 16. & in pſal. 80. Ori. ho. 12. & 13. in Hiere. 25. in Nume. & 6. in Exo. Greg. 4. dia. ca. 39 Beda in 3. ca. Lucæ.

uanda. Horum enim alij gratiam Dei, vitæque innocentiam ad finem vſque conſeruant. Ad quos pertinet Manaſsis a dictum, Iuſtis & ijs qui non peccauerunt, vt Abraham, Iſaac, & Iacob, pœnitentiam non eſſe poſitam. Alij peccauerunt quidem, & ex accepta Dei gratia exciderũt, ſed criminum ſordes dignis pœnitentię fructus in hac vita expiarunt: vt b Dauid, c Ezechias, d Petrus, e Magdalena. Vtrunque hoc genus nulla poſt mortem eget Satisfactione, ſed ab ea prorſus eſt liberum.

At longè plures ſunt homines medij generis moriẽtes, nec valdè mali, vt f Auguſtinus indicat, qui peccatorum ſuorum pœnitẽtiam in vita perfectã non præſtiterunt: ideoque per ignẽ g ſaluãdi, vt quod ſatisfactioni pro hac via conuenienti defuit, in altero ſeculo iuſtitiæ diuinæ pſoluatur.

Nihil

h *Nihil enim coinquinatum intrabit in ſanctam illam ciuitatem.*

Huiuſmodi ergo defunctis, vt ad quæſtionẽ propoſitam reſpõdeamus, ſubeunda eſt quædã & grauis illa profectò poſt mortem ſatisfactio. Quã interim De⁹ pro ingenti clementia ſua relaxare a conſueuit, pietate viuorum intercedente, vt defuncti, ſuorũ in Eccleſia fratrũ, adeoq; mẽbrorũ adiuti ſuffragijs, à peccatis horrẽdiſq; peccatorũ pœnis releuẽtur. Et huc ſpectat, quod ſacrę ſcripturæ tradit authoritas, b *Sancta & ſalubris eſt cogitatio, pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur.* Vnde laudãdus eſt Iudas ille Machabæus, quòd ſingulari religione ductus, pro mortuorum peccatis non preces modò, ſed etiam ſacrificium c offerri ſolicitè atque ſumptuosè iuſſerit.

h Apo.21.g Pſalm.14.a & 23.a
a Augu. vt ſupra & lĩ. 21.de ciuit. ca.24.ho. 16.ex 10. & ſerm.4.de ſanct.Gre. gor. 4. dialog.ca.39. Bern. de obitu Hũberti. Damaſc. in ſerm. de defunct. Cõc. Flor. Trid.ſeſſ. 6 can.30.& ſeſſ. 25. parte 1.
b 2.Macha. 12.g. Vide etiã 1. Reg. 31.d. & ibi. Bed.Itẽ 2. In Reg.1.b.3.f.g. Tobiæ 4.c.Eccleſ.7.d.17.c.38.c.Hier.16.b,2.Timoth.1.d,Ioan.5.d c. Ibidem.

a Conc. 4. Cartha. cano. 79. 95. Tolet. 11. cano. 12. Tribur. can. 31. Bracar. 1. cano. 34. Florē. Triden. ſeſſ. 25. & ſeſ. 22. can. 2. & can. 3.

b Li. de cura pro mortuis gerēd. cap. 1.

c De ciuit. Dei lib. 21. cap. 16.

Mat. 12. 5. d Mala. 3. a Philip. 2. b Apo. 5. a. d

d Aug. de verb. apoſt. ſerm. 34. Similiter Iſido. li. 1.

In hanc ſententiam concedunt venerandæ a Synodi & Patres, qui veram Eccleſiæ doctrinam tradiderũt. Ex quibus vt vnus pro multis, idemque fide digniſsimus teſtis b Auguſtinus proferatur: In Machabęorũ libris (inquit,) legimus, oblatum pro mortuis ſacrificium. Sed etſi nuſquam omnino in ſcripturis legeretur, non parua eſt vniuerſæ Eccleſiæ, quæ in hac conſuetudine claret, authoritas, vbi in precibus Sacerdotum, quæ Domino Deo ad eius altare funduntur, locum ſuum habet etiam cõmendatio mortuorum. Et rurſus alibi: c Purgatorias pœnas nullas futuras opinãdum eſt, niſi ante illud vltimum tremẽdumque iudicium. Et quid illis verbis luculentius? d Orationibus ſanctæ Eccleſiæ, & ſacrificio ſalutari, & eleemoſynis, quę pro eorum (defunctorum) ſpiritibus erogantur, non eſt dubitãdum mortuos ad-

iuuari

iuuari, vt cum eis miſericordius agatur â Domino, quam peccata eorum meruerũt. Hoc enim â Patribus traditũ vniuerſa obſeruat Eccleſia. Sic Auguſtinus ante MCC. annos, vt interim eo vetuſtiores etiã Cyprianum [b] Origenem, [c] Dionyſium, Clementem, [d] in hac doctrina maximè conſentientes, prætermittamus.

Quocirca [e] Chryſoſtomus palam hortatur, vt pro viribus & ipſi defunctos iuuemus, & alios qui pro ipſis orent, commonefaciamus. Non enim temerè ab Apoſtolis hæc ſanaita fuerunt, vt in tremendis myſterijs defunctorũ agatur commemoratio. Sciunt enim illis inde multum contingere lucrum, vtilitatem multam. Ita Chryſoſtomus.

Hoc eſt demum, quod aduerſus [f] Aërianos Eccleſia fida Scripturæ interpres vſq; docuit, ignẽ [g] eſſe quendam purgatorium ſeu

de off. eccleſ. ca. 18. Rab. 2. l. de inſtit cler. ca. 44.

a Li, 4. epi 2. & lib. 1 epiſt. 9.

b vt ſuprà.

c De eccle. hierar. ca, 7

d Ep. 1. & l. b. Cõſt. apoſtol. ca. 30.

e Hom. 3 in epi. ad Philip. & 41. in 1, Cor & 69. ad pop. Damaſc in orat. dd defũct. Atha. & Niſſe. apud Dam.

f Epi hære. 75. & Aug. hær. 53 Itẽ Damaſ. de hęr.

g Trid ſeſ. 25. & õ. Conc. Flor.

h in Pſalm 3 & l.2 de gen.cōtra Manich. ca pite 20. Gregor.in 3.Pſal. pœnitent.& lib.4. dial.cap 39, Bernard. ſerm. 66, in Cantic. i in Enchi, cap. 110, Et de cura pro mortuis gerenda, cap. 1, 4, & 18.

emendatorium, vt Auguſtinus h appellat, eoq; pœnas peccatorū, quas hic Pœnitentia perfectè nō diluit, de functis in Chriſto fidelibus luendas & expiãdas eſſe, niſi, prout Auguſtin⁹ i loquitur, viuētium ſuorū pietate illi releuētur,

X.

Quæ commendatio ac dignitas eſt Pœnitentiæ?

Matth.3,b 4 c Marc.1,a.b Lucæ 15.b Matt 7.b Matt.11.b a Lib.de vera & fal. pœnit.ca 1 Bal.in ora. de pœnit. Chryſoſt. in homil, de pœnit.

HAEc eſt Euangelicæ prędicationis exordiū, Angelorum in cœlis gaudium, via in terris arcta & anguſta porta, per quam fideles ad vitá contendunt, & violenti rapiunt regnum cœlorum. a Hęc lapſos erigit, ſaucios curat, imbecilles roborat, mortuos viuificat, perditos reſtituit: omnia demum quæ peccatum vitiat, Pœnitentia in nobis redintegrat. Hac veteris vitæ odium noſtriq; con-

tem-

temptum & omnem ſubmiſsionẽ
teſtamur: hac ipſa duce lugentes b.Matt.5,a
b conſolationem, ſaucij curatio-
nem, humiles vero exaltationem
reportamus.

Hæc eſt, qua Dæmones & vitio
rum peſtes ſuperamus: qua meri-
tas c pœnas auertimus, Dei placa- c Hier 18,a
mus iram, conciliamus gratiam, & Ezech.18.c.
gloriam æternam comparamus. f.g.& 33 c.d Ionæ 3,b
Hinc illæ Chriſti voces in Euan Matt.3,b
gelio: d *Pœnitentiam agite, appro-* 2,Cor.7,c
pinquauit enim regnum cœlorum. e Actor.11,c
Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores d Mat 4,c
ad pœnitentiam. f *Niſi pœnitentiam* e Lucæ 5,f
habueritis, omnes ſimiliter peribitis. f Lucæ 13,a
At is demum veram pœnitẽtiam
agit, vt Cypriani verbis hæc om-
nia concludamus, qui Dei & Sa- Cyprianus
cerdotis præceptis obediens, lib.3, Epiſt.
& obſequijs ſuis, & ope- 18.
ribus iuſtis Domi-
num prome-
retur.

DE SACRAMENTO EXTREMÆ Vnctionis.

I.

Quid de Sacramento extremæ vnctionis credendum eſt?

IDipſum, nēpe, quod Catholica a Eccleſia cōſtāter docet, ſignū hoc eſſe ſacrum, in conſecrato oleo inſtitutum, vt per illud cæleſtis virtus ad ſalutem non animæ ſolum, ſed & corporis applicetur ægrotis ex diuina inſtitutione.

Cui Sacramento teſtimonium longè clariſsimum præbet Iacobus Apoſtolus, cum in hæc verba ſcribit: *Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & ſi in peccatis fuerit, remittentur ei.*

a Cōc. Conſtāt. ſeſſ. 15. & Florc. & Trid. ſeſ. 14. Inno. epi. 1. ad Decent. Eugub. c. 8. Pet. Damian. ſer. 1. in dedicat. Eccleſiæ. Bern. in vita Malac. epiſc. conc. VVormat. cap. 72. Iacob. 5. d. & ibidem Beda.

Quid

II.

Quid his verbis docet Apoſtolus?

PRimum Sacramenti huius oſtendit elementum, ſeu materiam oleum eſſe, Pontificali bene dictione (vt rectè ait Beda) [a] conſecratum. Significat autem [b] hilaritatem animi & confirmationẽ internam, quæ per Dei gratiam Sacramenti huius virtute ab ægroto percipitur.

Deinde per Apoſtolum deſignatur Sacramenti miniſter proprius, nimium [c] Sacerdos, qui ſacram hanc vnctionem cum orationibus decenter exerceat. Nec fruſtra de Apoſtolis eſt ſcriptũ, [d] *Vngebant oleo multos ægrotos, & ſanabantur.*

Præterea qui ſuſcipiunt hoc Sacramentum, â Iacobo dicti ſunt infirmi, quoniam vt Eccleſię mos eſt, in grauibus & periculoſis infirmitatibus tantum ſacra iſthæc vnctio celebratur.

a In ca. 6 Marc. & in 8. Luc. & c. 5. Iacobi. Innoc. 1. vt ſupra. Conc. Melden ſ. can. 1. apud Burchard li. 4 ca. 75. & Iuon. part. 1. ca. 269.
b Teoph. in c. 6. Mar. ci.
c Chryſ. li. 3. de ſacerdot. & Cyril. li. 2. in Leuit.
d Marc. 6. b. & Ibidem Theop. & Beda.

III.

Quis eſt Sacramenti huius fructus & effectus?

a Bernard. in vita Malachiæ epiſ. Concil. Tridentin. vt ſupra.

CONfert primum ad remiſsionem a peccatorum, quæ quidem ab ægroto Pœnitentiæ remedijs nō ſunt expurgata, vt decumbentis anima peccatorū ſuorū onere ac morbo imprimis leuetur.

b Ibidem Bernardus.

Deinde prodeſt ad corporalem infirmitatem, vel b depellendam, vel alleuiandā, quatenus expedit eam ægroto recuperare.

c Cyril. in ora. de exitu animæ. Grego. lib. 24. moral ca 17, & 15, homil. 39 in Euang. Climac. gradu 7, Euſebi. Emiſ. homil t. ad mona.

Poſtremo ad conſolationem & fiduciam ſubminiſtrandam valet, qua ſanè in ſupremo illo agone, exituq; animæ opus eſt maximè, quando & cum doloribus acerbiſſimis, & cum horrendis Dæmonibus c morituro eſt grauiſsimè cōflictandum. Vnde licet ſalus corporis ægroto non reſtituatur, vt qui poſt acceptam hanc vnctionē moritur, ſæpè tamen gratia in hoc Sacramento peculiaris præbetur

ad

ad morbi vim moleſtiasque conſtantius perferendas, & ad mortem ipſam facilius excipiendam. Atque hoc eſt, quod per Apoſtolum ſuum Deus promiſit: **Oratio fidei ſaluabit infirmum. & alleuiabit eum Dominus. & ſi in peccatis fuerit. remittentur ei.* * Iaco, 5. d

Ad quos quidem deſignandos effectus etiam olei natura, ſeu natiua vis pulchrè cōgruit, vt explicat [d] Theophilactus. Quocirca retinendum eſt prorſus, quod ſaluberrimè monet Auguſt. [e] Quoties aliqua infirmitas ſuperuenerit, corpus & ſanguinem Chriſti ille qui ægrotat accipiat, & inde corpuſculū ſuū vngat, vt illud quod ſcriptum eſt, impleatur in eo: [f] *Infirmatur aliquis: inducat presbyteros, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo, & oratio fidei ſaluabit infirmū, & alleuiabit eum Dominus. & ſi in peccatis ſit, dimittentur ei.*

d In cap. 6. Marci.

e Serm. 215 de tēpore. Vide etiam dū rec. Cathol. conuerſ. & de viſit. infir. lib 2. ca. 4 Itē in ſpeculo.

f Iacob. 5. d.

DE ORDINIS SACRAMENTO.

I.

Quid eſt Ordinis Sacramentum?

Aug.lib. 2. cont. epiſt. Parm. c. 13. de bono coniug. ca. 24. & lib. 1. cōt. Dona. cap. 1. Leo epi. 81. ad Dioſc. Greg. in c. 10. l. 1. Reg. Conc. Florent. Trid. ſeſſ. 23.

EST, quo ſingularis gratia, ac poteſtas ſpiritualis quibuſdā traditur, vt munus in Eccleſia ex profeſſo gerant.

Hoc eſt Sacramentum, per quod, velut oſtium, neceſſario intrant legitimi diſpenſatores a myſteriorum & eloquiorum Dei, miniſtri Chriſti & Eccleſiæ, Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, & quotquot demū in Eccleſiaſticis munijs obeundis ritè & cum authoritate verſantur.

Ambroſ. in 12. ca. 1. ad Corinth. Theoph. in ca. 19. Lucæ. a 1. Cor. 4. a. Malach 2. b. c. 1. Tim. 3. a. b. 5. c. Epheſ. 4. c. 1. Cor. 14, a. b. d & 12, d.

b Heb. 5. b Actor. 1. d. Cyp. li. 4. epiſt. 2. Tertul. de

b *Nemo enim*, vt ſcriptura teſtatur: *ſibi ſumit aut ſumere debet honorem*, exercendorum videlicet miniſtrorum Eccleſiæ, *niſi qui vocatur*

catur à Deo, tanquam Aaron : hoc eſt, niſi Sacramento viſibilis Ordinationis initiatus, & ab Epiſcopo legitimè ordinatus miſſusque [c] fuerit ad opus certi miniſterij, quod in Eccleſia pro ſuo ſtatu gerat, iuxta leges diuinæ & Apoſtolicæ traditionis.

præſ.here. c Matt 10.a Lucæ 9.a Marci vlt.d Ioan.20. f Acto.13.a Titum 1, b

II.

Nonne omnes Chriſtiani ex æquo ſunt Sacerdotes?

DIci quidem [a] ita poſſunt hactenus, quod ſicut Sacerdotes externa quædam ſacrificia & miniſteria ſacra exercere ſolent, ſic quotquot ſunt in Chriſto renati, ſpiritualia quædam [b] ſacrificia, nimirum orationes, laudes, gratiarum actiones, carnis mortificationem, & id genus alia quotidie poſsint ac debeant offerre ſeduloque exercitare. Vt hinc ſpirituales coram Deo Sacerdotes, & ſpirituales offerre hoſtias in ſcriptura dicantur.

a Apo.1,b 5,c 1.Pet.2,b b 1 Pet. 2 a.b Rom.12,a Pſal.49.d Pſal.50. d Philip.4,d Hebræ.13,c Vide Baſil. 2.de bapt. ca.8. Aug. 20, de ciui. ca,10, Leo ſer.3, in anniuer. pontificatus. Ambr.li. 4, de ſacram. cap.1.

Verum ſi propriè nomen hoc ſacerdotij accipimus, non ſunt promiſcuè Sacerdotes omnes, ſed hi dũtaxat, quibus authoritas Eccleſiæ vt Sacramentorum [c] proprij ſint miniſtri, demandauit, atq; ad conſecrandum, offerendum, diſpenſandumque ſacram Euchariſtiam, & ad peccàta hominum tũ remittẽda, tũ retinẽda ius cõtulit.

Ac de his quidem nouæ legis ſacerdotib9 ſeu presbyteris ita Paulus: [d] *Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo & doctrina.* Id quod certè congruere non poteſt mulieribus, [e] quas in Eccleſia idẽ Apoſtolus docere vetat, ac tacere iubet: neq; omnino [f] plebeis conuenit, quorum eſt, ouiũ more paſci [g] non paſcere, regi nõ regere, nec ſe præferre, ſed ſubijcere & ſubiacere præpoſitis, & quæcũq; hi, ſiue boni, ſiue mali, in Cathedra ſeden-

c Ignat. ad Heronem. Chryſ. li. 3. & 6. de ſacerd. & hom. 1l. 60, ad populum. Hier. ad Heliodor. & aduerſ. Luciferianos. Item ad Euagrium, Victor lib. 2 de perſec. VVandalic. Cypr. lib. 1, epiſt. 2, d 1, Tim. 5. c e 1, Tim. 2, c 1. Cor. 14. f Tertul. de præſcript. Epiph. hæreſ. 42, & 49. f Leo Epi. 62, ad Maximum Antiochenũ, g Ioan. 10, b. c, 21. c, 1. Pet. 5. a, & 2. c, d.

ſedentes dixerint audire, ſeruare Hebræ.13, c
& facere, vt verbo Dei præcep- Roma.13.a
tum legimus. Quapropter ſicut Matth. 23 a
in Eccleſia triumphante Angeli Lucæ 10.c
ſunt [h] ordine ac poteſtate diffe- 1.Ioan.4.b
rentes, qui iniuncta ſibi omnia de h Ephe.1.d
centi quadam obſeruata diſpoſi- Coloſ.1.c
tione obeunt, ac fideliter exequũ- Daniel.7.c
tur: ſic militans etiam Eccleſia, [a] Dionyſ.de cęleſt.hier. cap.10.
quæ domus Dei, & velut caſtro- a 1.Ti 3.d
rum acies quædam ordinata eſt, Cantic.6
miniſtros habet ſibi peculiares, â Anac. epi.1 2 & 3.
reliquis Chriſtianis ſeiunctos, & Iſidor. lib.
pulchro ordine inter ſe diſpoſitos 2.de Eccle-
ad publica & communia Eccleſiæ ſiaſtic. offi.
miniſteria in terris peragenda: ni ca.5.& ſeq.
mirum vt pro Chriſtiano populo
in his, [b] quæ ad Deum ſalutemq́; b. Hebr.5.
animarum ſpectant, ſuas illi ope- a.8.a.& 13 c
ras ex profeſſo ac pro dignitate 2.Cor.5.d
præſtent.

III.

Quo loco Scriptura teſtimonium huic Sacramento prabet?

ILlic ſcilicet, vbi de Apoſtolis docet, quod in Eccleſiæ miniſtris deligendis, inſtituendis atque ordinandis vſi ſunt a manuum impoſitione. Hoc enim veluti ſymbolo certo & efficaci præſentis gratiæ, quæ in ordinum collatione exhibetur, & b accipitur, Sacramentum illud nobis eſt commendatum.

a Act, 6, & 13, a 1. Tim. 4. d 5, d 2. Tim. 1, b

b Amb. li, 3. de dignit. ſacerd c. 5 Nicep. l. 12. cap. 14.

Quare Paulus ad Timotheum â ſe creatum Epiſcopum ſcribẽs, & acceptæ in hoc Sacraméto gratiæ illum admonẽs, c *Noli.* inquit, *negligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per Prophetiã cum impoſitione manuum Presbyterij.* Et rurſus in eundem: d *Admoneo te, vt reſuſcites gratiam Dei, quæ in te eſt, per impoſitionem manuum mearum.*

c 1. Tim. 4 d & ibidem Theoph. & Haymo.

d 2. Tim. 1 b. & ibidẽ Theophil.

Quoniam vero e per magni refert, quales in Eccleſia quibuſcunque munijs præficiantur, & eccleſiaſticam poteſtatem ex hoc Sacraméto accipiant, ad omnem

e Leo in epi. 87, ad Epiſ. Mauri. ſyn. Romã. ſub Siluc. can. 11, Triden. ſeſ. 23, ca. 7. & 12 Reformationis.

Epi-

Epiſcopum dicitur : [f] *Manus cito nemini impoſueris, neque communicaueris peccatis alienis.* f 1. Tim. 5. d

a Côc. Cartha. 4. Laodic. & Triden. Ignat. ad Antioc. Dion. eccleſia hierar. ca 3. Euſe. hiſt. li. 6. c. 35. ex epiſt. Cornel. ad Fabium.

IIII.

Quot gradus in ſe continet hoc Sacramentum?

GEneratim quidem minores ordines maioresq́; continet: minores ſcilicet [a] quatuor. Oſtiariorum, Lectorum, Exorciſtarũ, & Acolytorũ: maiores verò tres, nempe Subdiaconorum, Diaconorum, ac Presbyterorum. Ex Presbyteris porrò alij maiores, alij minores à Chriſto [b] inſtituti inueniuntur.

b Luc. 9. a. & 10. a Ibidem Beda. Clem. ep. 1. Anacle. epiſto 2. & 3.

Maiores enim Presbyteri Apoſtoli ſunt, eorumque ſucceſſores [c] Epiſcopi, magna ſanè poteſtate & reuerenda dignitatis prærogatiua excellentes. Nam horum eſt ([d] ſcriptura teſte) attẽdere ſibi & vniuerſo gregi, quem à Spiritu ſancto curandum paſcendũque

c Hiero. ad Marcel. ep. 54 Cyp. li. 2. ep. 9. & li. 3. epiſt. 9. Ign. ad Philad. Aug. in pſal. 44.
d Act. 20. f 1. Pet. 5. a

que accipiunt, regere Eccleſiam, ea quę deſunt corrigere, per ciuitates itē presbyteros cōſtituere. Minores verò Presbyteri ſub Epiſcopis, ſicut ſeptuaginta duo c illi Diſcipuli ſub Apoſtolis, in Eccleſiæ miniſterio deſeruiunt, dona & ſacrificia f pro peccatis offerunt, atq; in curanda Dominica meſſe tanquam g operarij, ſecūdum illos exiſtunt.

Hebr. 13.c Ad Tit. 1. b Actor. 14.d c Luc. 10.a Leo ep. 88. ad Epi. Gal. & Germ. Inno 3. lib. 1. de myſte. alta. cap. 6. f Hebr. 5. a. 8.a g Mat. 9.d Lucæ 10 a

Ac minorum quidem quatuor ordinum Clerici hoc propriū habent munus, b vt ſacerdotibus & Epiſcopis multis in rebus prętò ſint, vt ad ſacra conueniētem populum ordinent, vtque paulatim ipſi velut quibuſdā gradibus ad maiora munia in Eccleſia obeūda ritè inſtituantur atq; prępa rētur. Cęteri verò maiores c tres ordines cum in alijs, tum in ſacris Euchariſtię myſterijs maiorem cōferūt poteſtatum. Igitur Subdiaconus

b 4. Carth. cā. 6. & ſeq. Iſidor. li. 2. de off eccl. 1. & ſeq. Raban. lib. 1. de inſtitutione cleri. ca. 9 & ſeq. Cōc. Aquiſgran. 1. ſub Ludouico pio ca. 2. & ſequentib. Ro. ſub Syluestro, ca. 1, 3. 7. & 9. c 4. Carthag. cap. 3. & ſeq.

conus & Diaconꝰ dictis iam myſterijs tãquam adminiſtri adeſſe, ipſisq́; ſacerdotibus proximi eſſe poſſunt. Et quanquam quod ad Ordinis Sacramentum ac ſacrificandi authoritatē attinet, diſcrimē inter Epiſcopos & Sacerdotes non ſit,[d] tamen ſunt illi ſacerdotibus multò excellentiores, ſi Eccleſiæ gubernandę, ſi paſcēdarum animarum ius, tum baptizatos confirmãdi, & clericos ordinandi poteſtatem conſideremus.

Verum præſentis inſtituti non eſt, quæ ſingulis Ordinibus functiones & leges præſcriptæ ſint, enucleare. Illud ſane conſtat, magno in precio cūctos Ordines habendos, ac ſedulo retinendos eſſe. Firmum enim teſtimoniū illi prębet ſacra Traditionis Apoſtolicæ [e] Eccleſiaſticæq́; obſeruationis diſciplina, quæ ad nos vſque tranſmiſſa perdurat.

Iſidor. lib. 2. de off. eccleſ. cap. 7. & ſequent. Rabanus lib. 1. ca. 6. & ſequent. Aquiſgrã. ca. 6. & ſeq.

d Damaſ. ep. ſt. 4. Iſidor. 2 de off eccleſ. cap. 7. Hieron. cō tra Luciferianos. Leo epiſt. 88. ad Epiſ. Gal. & Ger. Concil. Hiſpalen. 2. can. 7. Epiph. hæreſ. 75. Aër.

e Ambroſ. in epiſt. ad Epheſ. c. 4.

Quomo-

V.

Quomodo veteres Patres de hoc Sacramento ſcribunt?

DE hoc Auguſtinus Doctor verè Catholicus ſuam & Eccleſiæ ſentētiam a his verbis manifeſtè declarat: Quod inſufflaſſe in diſcipulos Dominus legitur poſt dies paucos reſurrectionis ſuæ, & dixiſſe, b *Accipite Spiritum ſanctum*, Eccleſiaſtica poteſtas collata intelligitur eſſe. Quia enim omnia in Traditione Dominica per ſpiritum ſanctum agūtur, idcirco cùm regula eis & forma traditur hui9 diſciplinæ, dicitur eis: *Accipite Spiritum ſanctum*. Et quia verè ad ius Eccleſiaſticum pertinet, ſtatim ſubiecit, dicens: Cuius tenueritis peccata, tenebūtur: & cuius remiſeritis, remittentur ei. Inſpiratio ergo hæc, gratia quædā eſt, quæ per Traditionem infunditur ORDINATIS, per quam commendatiores habeantur.

a Li. quæſt. veteris & noui teſtamēti quæ. 93. & li. 2. Parmē. li. 1. ca. 13.

d Ioā. 20. f

tur. Vnde Apoſtolus dicit ad Timotheum, c Noli negligere gratiam, quę eſt in te, quæ data eſt tibi per impoſitionem manuum Presbyterij. Semel ergò fieri oportuit, vt de cætero Traditio iſta non ſine dono Spiritus ſancti eſſe crederetur. Hucuſque Auguſtinus. c 1. Tim. 4. d.

Extãt & Apoſtolorũ Canones, in quib. hoc modo d ſtatuitur: Epiſcopus à duobus aut trib9 Epiſcopis ordinetur: Presbyter ab vno Epiſcopo ordinetur: ita Diaconus & reliqui Clerici. Tum e infra: Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diacon9, aut Hypodiaconus, aut Lector, aut Cãtor ſacram Quadrageſimam non ieiunauerit, aut quartam feriam, Paraſceuem (hanc ſextam feriam nunc dicimus) Ordine moueetor, niſi fortè infirmitas corporis impediat. d Cano. 1. & 2. e Cano. 68 Vide inſig nes Canones diſtin. 59. & ſeq.

Caius

f In epiſt. ad Felicem. Vide Damaſum in Pontificali de eodem Caio.

Caius f verò ante annos M. CCC. Pontifex & Martyr illuſtris, hos ipſos gradus & Ordines ſigillatim recenſet, quum ait: Si quis Epiſcopus eſſe meruerit, prima Oſtiarius, deinde Lector, pòſt Exorciſta, deinde ſacretur Acolythus: dehinc verò Subdiaconus, Diaconus, & poſteà Presbyter: exinde, ſi meretur, Epiſcopus ordinetur.

h Lib. 4. epiſtol. 2. Sozymus. epiſto. 1. ad Heſychiū.

Laudat igitur h Cyprianus Cornelium Epiſcopum, ac bonis omnibus tum in Clero, tum in populo eundem laudabili prædicatione commendari ſcribit: quia non ad Epiſcopatum ſubitò peruenit, ſed per omnia Eccleſiaſtica officia promotus, & in Diuinis adminiſtrationibus Dominum ſæpè promeritus, ad Sacerdotij ſublime faſtigium cunctis Religionis gradibus aſcendit: tum deinde Epiſcopatum ipſum nec poſtulauit, nec voluit, nec vi inuaſit: ſed quietus, mode-

modeſtus,caſtus, humilis, verecund9, demũ & coactus excepit.

Quos igitur Ordines vetus & Apoſtolica probauit Eccleſia,ſicut,a Dionyſij,b Anacleti,c Ignatijque ſcripta declarant, quos ætas etiam omnis cõplexa poſterior, eos præſens Eccleſia non poteſt ſanè non conſeruare atque defendere.

a De eccle. hierar.cap. 5 & ad Demophilum b Epiſto. 2. c ad Antiochen.

VI.

Quis eſt Ordo in Eccleſia magis celebratus?

PResbyterorum Ordo,ſiue Sacerdotium: de cuius ingenti ſemperque reuerenda dignitate Chryſoſtomus & Ambroſius libros integros ediderunt. De quo magnus etiam ille Ignati9: a SACERDOTIVM, inquit, ſumma eſt omnium honorum, qui in hominibus conſiſtunt: quod ſi quis inhonorauerit, Deum inhonorat; & Dominum Ieſum Chriſtum primogenitum totius creaturæ, &

a Epiſt. ad Smyrnen. Vide & Chryſoſto. lib. 3. de Sacerdot. Item hom. 4. & 5 de verb. Eſa. Vidi Dominum.

& ſolum natura principem Sacerdotem Dei. Sic ille. Quin & dilucidè teſtatur diuinum oraculum: b *Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius: quia Angelus Domini exercituum eſt.* Et rurſus: c *Qui ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, ex decreto Iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſraël, cunctuſq́; populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia.* Hinc & Apoſtolus iubet: d *Aduerſus Presbyterum accuſationem noli recipere, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus.* Idque ad Timotheum Epheſiorũ Epiſcopum ſcribitur, ſicut & illud iam antè citatum: e *Qui bene præſunt Presbyteri, duplici honori digni habeantur maximè qui laborant in verbo & doctrina.*

b Mala. 2.b Aggæi 2.b Greg. curæ paſt. par. 2. ca. 4.

c Deut. 17.c Et Cyp. li. 1 epi. 3. & li. 3. epi. 9. Greg. li. 12. epi. 31. ad Felicem.

d 1. Tim. 5. d. Vide 2. ep. Fabian.

e 2. Tim. 5. e

Quid

VII.

Quid verò de malis ſacerdotibus eſt ſentiendum?

DIuina iſthæc eſt ordinatio, quæ non poteſt aboleri, vt non boni modò, ſed mali quoque Sacerdotes in Eccleſia a honorẽtur. Vult enim in ſuis miniſtris agnoſci, recipi, audiri atque obſeruari ille qui dixit: b *Super Cathedram Moſi ſederunt Scribæ & Phariſæi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facite: ſecundum autẽ eorum opera nolite facere. Dicunt enim & non faciunt.*

a Eccle.7. d Matt 10.d Lucæ 10.c Ioan 13.c. Chryſ. ho. 2. in 2. Timot. 65. in Geneſ. Orig. hó. 7. in Ezech. Bern. ſer. 66. in cant. Aug. epiſt. 137.

b Mat. 23 a Aug. ſerm. 49. de verbis dom. Chryſ. ho. 85. in Ioan.

Cæterum inter malos delectus quidam habendus eſt, vt quod ad munus authoritatemque docendi ſpectat, illis tantum fidem obedientiamq; deberi intelligamus, qui ab Epiſcopis legitimè ordinati ac miſſi, ſanam Eccleſię doctrinam profitentur: ab alijs verò, vt hoſtibus & peſtibus, ſedulò caueamus.

Qua

c Libro 4. cap. 43. Vide eundem lib. 3. cap. 2. & 3.

Qua de re ſapientiſsimè monet, atque hunc in modũ docet antiquiſsimus Irenę⁹: c Ijs qui in Eccleſia ſunt, Presbyteris obaudire oportet, & qui ſucceſsionem habẽt ab Apoſtolis, & qui cum Epiſcopatus ſucceſsione chariſma veritatis acceperũt. Reliquos vero qui abſiſtunt à principali ſucceſsione, quocunque loco colliguntur, ſuſpectos habere, vel quaſi Hæreticos & malæ ſententiæ, vel quaſi ſcindentes & elatos. Nec multò pòſt: c Ab omnibus talib⁹ abſiſtere oportet: adhærere verò his, qui Apoſtolicã, ſicut prædiximus, doctrinam cuſtodiunt, & cum Presbyterij Ordine ſermonem ſanum, & conuerſationem ſine offenſa pręſtant ad confirmationem & correctionem reliquorum. Hæc Irenæus ille, qui ſancti Ioannis Euangeliſtæ diſcipulum Polycarpũ præceptorẽ audiuit. Nec aliter Tertul-

c Cap. 44. lib. 4.

tullianus d docet, qui hæreticis hoc exprobat,dicens : Ordinationes eorum temerariæ, leues, inconſtantes. Nunc Neophitos collocant , nunc ſeculo obſtrictos,nunc Apoſtatas noſtros : vt eos gloria obligent, quia veritate non poſſunt. Nuſquam facilius proficitur , quàm in caſtris rebellium,vbi ipſum eſſe , illic promereri eſt.Itaque alius hodie Epiſcopus,cras alius: hodie Diaconus,qui cras Lector : hodie Presbyter,qui cras Laicus. Nam & Laicis e ſacerdotalia officia iniungunt. Hucuſque Tertullianus,perpulchrè nobis depingens non ſuæ tantum, ſed huius etiam ętatis prępoſteros mores,& prophanos in turbandis ſacris ordinandiſque miniſtris conatus ſectariorum oſtendens.

d Lib. de pręſcriptionibus aduerſus hæreticos.

e Vide & Epipha. hæreſi. 42.& 49.

VIII.

Quæ virtus eſt huius Sacramenti, & quis effectus?

Eximia

a Cõ. Flor. & Trid. Et Aug. li. 2. cont. epiſt. Parmenia. cap. 13. & Greg in c. 10. l. 1. Reg.

EXimia certè virtus eſt, & effectus multiplex. Nam qui ſeptem his Ordinibus, quos diximus ritè initiantur, Dei conſequuntur gratiam a & poteſtatem ſpiritualem, vt quæ ad Ordinum ipſorum functiones proprias pertinent, ſalubriter exequantur, ac inter Deum Deiq; populum idonei miniſtri ſint conſtituti. Vnde Ambroſi9: b In loco ordinis officij Eccleſiaſtici poſitus, gratiam habet, qualiſuis ſit, non vtique propriá, ſed Ordinis per efficaciam Spiritus ſancti.

b In 12. ca. 1. Cor.

c Act. 6. b. c. 13. a 14. d 15. a. g. 1. Tim. 4. d Titum 1. b Cypri. li. 1. epiſt. 6.

d Numer. 16. c. Hebr. 5. b 1. Para. 13. c 2. Reg. 6. a. b. 2. Para. 26.

Habent prætereà iidem c ordinati certũ ex eo & illuſtre teſtimonium, quo ſe miniſteriaque ſua commendent, & comprobent alijs. Ita fit, vt ijs Ordinibus inſigniti, & in miniſterium Eccleſię ſegregati rectè cognoſcantur, & ſuo in loco habeantur, meritoque honoremur. Vę autem ijs, d quos non Aaronis à Deo vocati exemplum

plum impellit, ſed nouandarum
rerum ſtudium ac animi tumor ad
inſtar Oziæ regis. ad Sacerdotalis
dignitatis munera quomodocun-
que occupanda ac arripienda prę
cipitat. In quos diuinus iſle ſer-
mo rectè competit: e *Non mittebã Prophetas, & ipſi currebant: non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant.* e Hier.23.d 14.c.27.c, 29,b

Et hos non Eccleſiæ miniſtros
habendos, ſed vti f fures. latro-
nes, vulpes, canes & lupos cauen
dos eſſe ſcriptura monet: quoniã
illi non per oſtium ingrediuntur,
ſed aut propria temeritate, aut
propter g magiſtratus duntaxat
ciuilis, vel turbæ h popularis fauo
rem Eccleſiaſtica munia ſibi ſu-
munt, abſque legitima quidem vo
catione & ordinatione in ſacra il-
la munia inuolantes. *Quomodo * autem prædicabunt, niſi mittantur?*
vt a ſegregatus ille in miniſteri-
um Paulus inquit.

f Ioan.10.a Cant.2.d Actor.20,f Matth.7,c
g Trid. ſeſ. 23,ca.4:
h Laod, canо.13.
* Rom.10
a Act.13,a

b Vide Leonē ep. 86, ad epiſcop. Africanos, & Greg. li. 4, epiſt. 2 Dion. li, de Eccleſiaſt. Hierarch.

c Cant, 6. a

Certè Ordine [b] confuſo, & ſublato Sacerdotio, Eccleſiaſtica corrueret Hierarchia, quæ tum ex Presbyteris & alijs miniſtris, tum vero ex Epiſcopis rectè ordinatis conſtat. nec eſſet Eccleſia, quod dicitur, caſtrorum [c] acies ordinata, nec veri & legitimi Eccleſię miniſtri internoſcerētur: præterea docendi munus & authoritas vileſceret, Sacramentorum diſpenſatio infidè præpoſtereque curaretur, acvana etiam foret: functiones demum Eccleſiaſticæ perturbarentur, atque ſicut res nunc ipſa nimium docet, nouæ falſæque doctrinæ per nouos iſtos falſosque ſpōſæ miniſtros gliſcerent, vnde grauibus etiá & exitialibus motibus, quos experimur, idētidem Eccleſia cōncuteretur. Quapropter Apoſtolus Paulus [d] non modo gradus miniſtrorū in Eccleſia diuerſos poſuit, verumetiam quam ſalutares ac neceſſarij eſſent. adiunxit,

d 1. Cor. 12. d

xit: vt affirmet [e] diuinitus eos eſ- ſe datos Eccleſiæ, quemadmodũ anteâ dictum fuit, *Ad conſummationem Sanctorum in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti, & vt iam non ſimus paruuli fluctuantes. & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circumuentionem erroris.*

e Ephe. 4. c

Et eſt profecto illuſtris hæc nota [f] Eccleſiæ, multoque certiſſima, quod videmus perpetuã illã, nullaq; hactenus ætate interruptã Epiſcoporũ ac legitimorum in ea ordinũ ſucceſsionẽ, quos Deus in ea ad huius regni ſui gubernationem integrã collocauit. Eoque magis miniſtrorum iſthæc inſtitutio, tanquam nexus firmiſsimus Eccleſiæ, & conſeruandæ vnitatis pulcherrimum vinculum, ſedulo retinenda, & in malis etiã eccleſię mniſtris (vti diximꝰ) propter diuinã ordinationẽ eſt vſque honoranda. [g] Quod Auguſtinus

f Iren. li. 3. ca 3. & li. 4 ca. 43, Optat li, 2, con. Dona. Aug. epi. 165. & 42. itẽ con, ep. Funda. ca. 4. & in pſal mo cõ. par tẽ Donati. Tertul de præſc. hær.

g Epi. 165. vide eund. lib, 2. cont. liter, Petil. Donatiſt. cap. 51.

intelligens, In illum, inquit, ordinem Epiſcoporum, qui ducitur ab ipſo Petro vſque ad Anaſtaſium, qui nunc eandem Cathedram ſedet, ſi quiſquam traditur per illa tempora ſubrepſiſſet. nihil præiudicaret Eccleſiæ & innocentibus Chriſtianis, quibus Dominus prouidens. ait de Præpoſitis malis: h *Quæ dicunt, facite, quæ autem faciunt. facere nolite.* Hæc Auguſtinus.

h Mat, 23, a

DE MATRIMONII SACRAMENTO.

I.

Quid eſt Matrimonium?

MAtrimonium a eſt legitima viri fœminæq; coniunctio, ad conſuetudinem vitæ indiuiduam inter ipſos coniuges tranſigendam diuinitus inſtituta.

Legiti-

a Aug. in lib. de fide & operib. ca. 7. & li. 1. de nupt. & concu. c. 10. & 21. li, de bono coniug. ca. 24. Amb. in c. 5. Epheſ. Pet. Damia. ſer, 1. de dedic. Lucius. 3. in 5, decret. 1. ca, 9, Cõſt. cõc. ſeſ. 15. art. 8. Trid. ſeſſ. 24, can. 1.

Legitima, inquam, vt & mutuus amborum[b] conſenſus accedat, & gradus, quos vocant, [c] conſanguinitatis & affinitatis, aliaque id genus matrimonium vel prohibentia, vel dirimentia, minimè intercedant.

b Geneſ. 24 g Tob.7.c. d Amb. de inſtit. virgin. cap.6.

c Calixt.1. epiſt 2. Lateran. can.50. Trident. ſeſſ.24. can.3. & 4, & de reform. matrim. ca.2. & ſeqnent.

Cuius quidem coniugalis coniunctionis ſi primarium authorẽ quæris, [d] Deus eſt opt. Max. qui primos coniuges & humani generis parentes in ipſo paradiſo coniunxit, ſuaque benedictione cohoneſtauit Sin finem inſtitutionis ſpectas, eſt humani generis, ad [e] Dei gloriam propagatio, & coniugum inter ſe familiaris fiduſque [f] conuictus: ac præterea [g] fornicationis in hac naturæ corruptæ imbecillitate deuitatio.

d Gen.2, d Matt.19.a 1. Cor.7.a Epheſ.5.e f.g.

e Gen.2, d

f Chry, ho. 20. in epi. ad Ephe, in morali exhortat.

g 1. Corin. 7, a Aug. l.9, de Gen, ad lit. ca.7, Chryſoſt. pſa, 43

II.

Qua ratione Matrimonium eſt Sacramentum?

a Amb. in ca. 5. Ephe. Auguſt. vt ſupra. Conc. Florent. Trid. ſeſſ. 24, in doct. de ſã. cram. Matrimonij.

QVatenus a ea coniunctio, quæ inter virum & vxorem arctiſſima intercedit, congruum & ſacrum eſt ſignum diuinitus inſtitutum, quo Chriſti ſponſi & Eccleſiæ ſponſæ coniunctio ſanctiſsima firmiſsimaque deſignatur.

b. Tob. 3. c 6. c. 8. b Euag. epi. 1 Triden. ca. 1. refor. matrim. c Chry. ho. 20 in epi. ad epheſ. Amb. lib. 1 de Abrahã ca. 7 d Gen. 2. d

Hoc ipſum ſignum Chriſtianis coniugibus, quando matrimonium ritè b auſpicantur, ad gratiam DEI prodeſt accipiendam. Quæ gratia coniugibus neturalem c perficit amorem, & indiſſolubilem vnitatem confirmat, eoſque ſanctificat, vt non modo duo ſint, d maneantque in carne vna ſecundum ſuam vocationem, verumetiam vt mutuam inter ſe fidem, pacem, dilectionem & conſenſiõem maximam vſque conſeruent. Atque ita in eis efficitur, quod Apoſtolus e docet, *honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus.*

e Hebræ. 13. a

Pro-

Proinde Paulus [f] idem, vbi coniunctionis eiuſmodi tractat myſterium, perſpicuè dixit: Sacramentum hoc magnum eſt, *ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia.* Sic & Auguſtinus: Non tantum, inquit, [g] fœcunditas, cuius fructus in prole eſt, nec tantum pudicitia, cuius vinculum eſt fides, verumetiam quoddam Sacramentum nuptiarum commendatur fidelibus coniugatis. Vnde dicit Apoſtolus: [h] *Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam.* Et [i] rurſus: In nuptijs plus valet ſanctitas Sacramenti, quàm fœcunditas vteri.

f Ephe. 5. g Amb. ibid. Leo ep. 92 ad Ruſticū Nar.

g Lib 1. de nupt. & cō cupiſc. ca 10. & 21.

h Ephe. 5. f

i. Aug. l. de bono con iug. ca. 18.

III.

An dirimi vnquam poteſt Matrimoniū?

MATRImonium dirimi non poſſe, ſed illius nexum indiſſolubilē eſſe, primi hominis verba illa demonſtrant, [a] *Relinquet homo* pa-

a Gen. 2. d

patrem ſuum & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Quam rem Chriſtus b quoque confirmauit, cum Adę verba veluti diuina repeteret, illud etiam adiungens. *Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet.* Atque alibi docet, c *Omnis qui dimittit vxorem ſuam, & alteram ducit mœchatur: & qui dimiſſam à viro ducit, mœchatur.*

Hanc porro Dei legem & inuiolabilem ordinationem de perpetua coniugalis nexus firmitate Paulus illuſtratus. *His, ait,* d *qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere: quòd ſi diſceſſerit, manere innuptã, aut viro ſuo reconciliari, Et vir vxorẽ non dimittat,* Ac poſtea e ſubijcit, *Mulier alligata eſt legi, quanto tempore vir eius viuit.*

Etſi igitur nulla etiam ſperetur f proles, & quælibet vitæ incommoda, duriſsimique caſus accedant.

b Mat. 19. a Marci 10. b Orig. hom. 7 in Matt.
c Luc. 16. d Marci 10. b Rom. 7. a Can. Apoſto. 48. Amb. in c. 16. Luc.
d 1 Corin. 7 b Aug. de adult. cõiug. li. 2. ca. 5. & 9. Item ho. 49. ex 50, Conc. Mileuit. ca. 17.
e Ibid. g. & Rom. 7. a
f Aug de bono cõiu. ca. 7 15. 18. 24.

dant, tamen contractum ſemel ma trimonium valet, adeoque ratum & firmum eſt, ſi præſertim ſit con ſumatum, vt vſque indiſſolubile in omni vita perſeueret. Vnde nō poteſt alter coniugum ab altero in vniuerſum diuertere, niſi fortè priuſquam inter coniuges carnale commercium interceſſerit, religioſæ vitæ g inſtitutum ſuſcipiatur. Vbi vero cauſæ quædam offerunt ſeſe, ob quas aliquando cō iuges ſeparentur, non idcirco vinculum ſoluitur, h ſed thori & cohabitationis communitas. quæ antea fuit, impeditur.

Hier. in epitaph. Fabiolæ ad Oceanum ep 30

g Decreta li. 3, tit. 32, ca. 2, & 14, Trid, ſeſſ. 24. can 6

h Cōc Floren. Trid. ſeſſ 14, can. 7. & 8.

Cuius rei cauſam in Chriſto ipſo ſtatuemus, qui ſumma perpetua & inſeparabili prorſus vnione * Eccleſiam, ſponſam illam vnicam ſemperque chariſsimam, ſibi adinnxit atque copulauit, Neque ſolum hæc ipſa, quæ inter virum & vxorem eſt, coniunctio, vinculi coniugalis habet firmita-

Aug, li, 1 de adult. con. i 1g. ca. 11

* Epheſ. 5. f. g Cant. 5, a b. c

tem, verumetiam omnem inde Polygamiam, [a] ne vni videlicet viro plures nubant, aut vna pluribus detur maritis, penitus [e]xcludit. Quare Chriſtus, vt Matrimonium & certius confirmaret, & ad puriorem primæuumq; illum ſtatum reuocaret, ſignificãter dixit, [b] *Erunt duo in carne vna.* Et rurſum: *Iam non ſunt duo, ſed vna caro.*

a Iſid. li. 2. de off. eccl. ca, 19. Triden. ſeſ. 24 can. 2.

b Gene. 2. d Matth. 19. a Marci 10 b

IIII.

Eſtnè permiſſum omnibus Matrimonium?

MINImè, Tradiderunt enim ſancti Apoſtoli, vt [a] Epiphanius, inquit, peccatum eſſe, poſt decretam votoque firmatam virginitatem, ad nuptias conuerti. Idque tale ac tantum eſſe peccatum aſſerit Hieronymus [b], vt dicat, virgines, quæ poſt conſecrationem nupſerint, nõ tam adulteras, quam inceſtas eſſe. Et Auguſtin9 [c] ait: Virgo, quæ ſi nuberet, nõ peccaret, ſanctimonialis ſi nupſe-

a Epiph hæ re. 61. cont. Apoſtolic.

b Hiero, 1. cot. Iouin. Baſ. de virginit. & epiſt. 185. ad virg. lapſ.

c In pſal. 83 Vide eun-

p'ſerit, Chriſti adultera reputabitur. Reſpexit enim retro de loco, quo acceſſerat.

Proinde quod Apoſtolus habèt, * *Melius eſt nubere, quam vri*, prout Ambroſius diſertè pronunciat, ad non policitam, ad nondũ velatam pertinet. Cæterum quæ ſe ſpopondit Deo, & ſanctum velamen accepit, iam nupſit, iam immortali iuncta eſt viro: & ſi iam voluerit nubere communi legi coniugij; adulterium perpetrat, ancilla mortis efficitur. Sic Ambroſius. Vnde ſemper laudatum fuit Iouiniani e Imperatoris Reſcriptum, & à Iuſtiniano Imperatore in codicem relatum, f quod ſic habet: Si quis non dicam rapere, ſed attentare tantum iungendi cauſa matrimonij ſacratiſsimas virgines auſus fuerit, capitali pœna feriatur.

dem in pſalm. 75 & de bono vidit, cap. 8. 9. & 11. Oecu. in 1. Cor. 7. Cypri. li. 1 epiſt. 11. * 1. Corin. 7. b. d Li. ad virginem lapſam cap. 5. Hier. li. 1. in Iouin. Aug. lib. 1 de adulter. coniu. ca. 15 & ca. 8. de bono vidui tatis. Occu. in 1 Cor. 7. Iſidor. li. 2. de offi. eccleſ. ca. 17. Leo epi. 92 ad Ruſtic.

L 6 Iam

a. 14. e Sozo. li. 6. hiſt. ca. 3. & Nicep. li. 10. ca. 39
L. Si quis C. de ſanct. Epiſ. & Cle.

a Beſ. quæ. 14. diff. explic. Item ſer. 1. de inſtit. monacho. & conſtitut. monaſticarū c 22. & epi. ad monac. lapſum. Chryſ. epi. 6. ad Theodot. lapſ. Leo epi. 92 ca. 13. 14, 15.

Iam de [a] Monachis. & [b] ſacris ordinibus initiatis eadem ratio, idem iudicium eſt prorſus, damnationem enim habent. ſi laxatis libidini habenis, primam fidem Deo & Eccleſię datam feſellerint, ſeu, vt Apoſtolus [c] loquitur, irritam fecerint. Qui vltro ſe abdicarunt coniugio, dum ſeruandum perpetuo cœlibatum aut voto expreſſè nuncupato firmarunt, aut ſacrorum ordinum ſuſceptione ſaltem tacitè [d] comprobarunt, atque teſtati ſunt.

Aug. in Pſal. 75. & ſerm. 1. de communi vita cleric. Chalced. ſyn cap. 16. b Ep.phan. hæreſi 59. & & in compend. doctrin. Hieron, 1. cont. Iouinia & aduerſus Vigilant. Auguſt. 2. de adult. coniug. cap. 20. Gregor lib, 3. epiſt. 34. Leo epi. 92. ad Ruſticum cap. 3. & ep ſt. 4. ca. 4. Bernard. ſer 65 in Cantic, Trident, ſeſſ. 24. can. 9. c 1. Timoth. 5. b. d 6. Decret. lib. titulo 15,

e Eccleſ. 5. a Ibidem & Deut. 23. d

Audiant igitur verbum Dei, [e] *Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere.* Et, *Quodcunque voueris, redde.*

Tum

ũ alibi: f *Vouete et reddite Domino Deo veſtro.* Quin & Chriſt⁹ ipſe docet: g *Nemo mittens manus ad aratrum, & reſpiciens retrò, aptus eſt regno Dei.*

f Pſal.75.b
g Luc.9.g Bern.ep.2. ad Fulco. Anſel.ep.4

V.

Cogit igitur ad Cœlibatum quoſdam Eccleſia?

NON cogit ſanè pia prouidaq; mater, quę legẽ Cœlibat⁹ nemini imponit: ab ijs verò, qui legem eam, vti dictũ eſt, vltrò receperunt, exigit, a ne ſoluant religionem, neue conuẽtionem, quam cum Chriſto & ei⁹ Eccleſia ſanctè iniuerunt, violent atque reſcindant.

a Beda li.3. de tabern. & vaſis eius ca. 9. & in Luc. ca.1 Hier.in c.1. ad Titũ, & in Apolog. pro I. Ioui. Orig.hom. 3.in Num. Ambro epiſt.82 & lib.1. offi.ca.50. Euſeb.1.demonſt. euang.ca. 9. Vide canon.di. 27.& 82.

Meritò igitur vrgentur illi ſtare promiſsis, & ſeruare, quod ſemel firmiter amplexi ſunt, conſilium Euangelicum: de quo Paulus: b *Et qui matrimonio iungit vir-*

b 1.Corin. 7.g

c Theoph. ibidem. Hiero.li. 1. con: Iouin. Greg. in ca. 15.li.1. Reg. Epiph. hæreſi 61. d Ibidem.a e Mat. 19.b f Eſa.56. & ibid. Hier. Baſ.lib.de virgin. Aug.de ſancta virgin. ca.24. & 25 g Lib.1.ad ad vxorem h 1.Cor. 7.f

ginem ſuam, benefacit (quamdiu ſcilicet voto cœlibat⁹ c adſtricta nõ eſt) *& qui non iungit, melius facit.* d Ac rurſus: *Bonum eſt homini mulierem non tangere.* Quocirca laudantur à e Chriſto, & in Eccleſia ſemper apprimè laudati fuerunt f Eunuchi euãgelici, ſiue, vti Tertullianus g vocat, ſpadones volũtarij, qui ſeipſos propter Dei regnum caſtrauerunt, vt ſint ſancti h corpore & ſpiritu, Deo in carne ſine carne militantes.

a Hiero. in Iouinianũ. Aug. hære. 82. b Trid. ſeſ. 24.can. 10. c 1.Cor.7.g

Vbi duplex error nobis eſt valde cauendus: alter eorũ, qui cum Iouiniano Matrimonium ſic extollunt, vt aut a æquent, aut b anteponant hunc ſtatum cœlibatui ſeu virginitati, cùm Paul⁹ c quidẽ & Patres omnes apertè reclament: alter eorum qui fingunt cõtinẽtiam & cœlibatum ab hominibus Chriſtianis vix poſſe præſtari, ideoque nulli eum facilè ſuſcipiendum, aut ſanctè promittẽ-

dum

um eſſe contendunt. Nec intel-
gunt iſti Euágelicę gratię vber-
tem, quæ talis ac táta per Chri- d Aug. li. 6
um tot ſeculis data eſt, & quoti- & 8. con-
e datur credentib9, d petenti- feſſ. ca. 11.
us, quęrentibus, pulſantibus, vt Orig. Hier.
i iugum Domini ſuaue & conti- Chryſ. in
entiæ viam non minus ſibi com- Matt. ca. 19.
odam, quàm ſalutarem experi-
ntur. Inter quos erat & Paulus,
alam affimans, e *Fidelis Deus eſt,* e 1 Cor. 10. c
*ui non patietur vos tentari ſupra id
uod poteſtis, ſed faciet etiam cum ten
ationeprouentum.* Quamobrem
Auguſtinus f vbi locum illũ: Vo- f Aug. in
ete & reddite Domino Deo ve- pſalm. 75.
tro: explicat, ita ſcriptũ reliquit.
Non ſitis pigri ad vouendũ. Nõ
enim viribus veſtris implebitis.
Deficietis, ſi de vobis pręſumitis.
Si autem de illo cui vouetis, vo-
uete, ſecuri reddetis. Et idem ali-
bi: g Felix neceſsitas, quæ ad me- g Epiſt. 45.
liora compellit.

Quæ

VI.

Quæ eſt ſummaria doctrina ſuperiorum?

QVAE pro inſtituta dicta ſunt hactenus breuitate, eo ſunt demum referenda, vt habeāt ſimplices aſſertionem Catholicā de ſeptem Eccleſiæ Sacramentis.

a Concil. Florent. Quę duplicis quidem eſſe generis inueniūtur. a Alia enim, vt priora quinque, ſingularem vniuſcuiuſq; fidelis ſalutem promouent: alia vero, duo videlicet poſteriora, multiplicando Dei populo & Eccleſiæ propagādæ deſeruiunt. Vtrunq; autem illud ex diuina, nobiſque neceſſaria inſtitutione efficiunt.

b Ioan. 3. b Titum 3. b Enimuerò Baptiſmus b ad ſpiritualem vitam, quæ in Chriſto eſt, regenerat. c Acto. 8. c Cōfirmatio c vires d Ioan. 6. f porrò ac robur addit regenerato e Ioan. 20. f Euchariſtia d cibus, pot9 ac viati- Ezec. 18. g cùm eſt peregrināti. Pœnitentia e præſens aduerſus omnes animi

mor-

morbos pharmacum, lapſum hominē erigit, curatq; vulneratum. f Iacob. 5.d
Succedit extrema f vnctio, quæ in poſtrema cū morte lucta munit atq; conſolatur emigrantem.
g Ordo deinde miniſtros præbet Eccleſiæ, qui ſacris prꝫſint, ac ſuperiora omnia ritè procurent, diſpenſent, conſeruent & applicēt. g Tit.1.h 1.Cor. 4.a
Deniq; matrimonium h Chriſtianam gentem propagat, & humanæ prouidet incontinentiæ. h Epheſ.5.f.g. 1.Cor.7.a

Vbi etiam illud diſcrimen retinendum eſt, quod Baptiſmus Cōfirmatio & Ordo ſemel collata, nunquam a iterentur. Baptiſmus item neceſſario ſuſcipitur b ab omnibus: Euchariſtia c à ratione vtentibus: & à relapſis d Pœnitentia. At eſt arbitrarium vti reliquis, modo nullū contemnas, aut cum ita fert tempus contraius & æquum negligas. a Con. Florent. Trid. ſeſſ. 7. can. 9. de ſacramentis. Aug 2. cōt. epi. Parm. ca.13. b Ioan.3.b c Trid. ſeſſ. 21.ca. 4. d Apoc.2.b

Hæc ſunt igitur Antidota, diuinaque remedia, quæ miſericor-

c Lucæ 10.f dia plenus ille c Samaritanus in-
1. Cor. 4.a ſtituit,& Eccleſiæ præpoſitis diſ-
Ioan.20.c penſanda concredidit, nimirum ad probè curandos ægros, id eſt, peccatores omnes in Eccleſia, quoad illi, ſi velint, veram perfe-ctamque ſanitatem adipiſcantur. Quę quidem remedia ritè cognoſcere, ſalubriter, accipere, atque fideliter etiam alijs applicare; nō artis profectò humanæ, ſed Chriſtianæ eſt ſapientiæ. De qua cùm ſatis dictum ſit hactenus, quemadmodum præſentis inſtituti ratio tulit, reliquum eſt, vt Chriſto duce ad alterá huius operis partem, quæ CHRISTIANAM IVSTITIAM continet, porrò tranſeamus.

Eccleſiaſtici 4.

SAPIENTIA filijs ſuis vitam inſpirat, & ſuſcipit inquirentes ſe: & præibit in via IVSTITIAE, & qui illam diligit, diligit vitam.

Iuſtus

Iuſtus pro iniuſtis mortuus.

1. Petri 3.



Ibidem.

Vt peccatis mortui, Iuſtitię viuamus.

CAPVT

CAPVT QVINTVM DE IVSTITIA CHRISTIANA.

I.

Quæ nam pertinent ad iuſtitiam Chriſtianam?

Aug.ſerm. 59. de tẽp. Chryſo. in pſalm. 4. & ho. 16. in e-pi. ad Ephe Proſp. ſen-ten. 98. ex Auguſt. a Pſal 36 e Pſalm. 33. c 1. Pet. 3. b Tob. 4. d b Eſaiæ 1. c Eccle. 3. d Rom. 12. c c Coloſ. 3. b Epheſ. 4. e. ef. g. d Bern. ſer. 1. de pent.

SVmmatim duo, quæ his verbis continnentur: a *Declina à malo, & fac bonum*: ſicut & Eſaias docet: b *Quieſcite agere peruerſè, & diſcite benefacere.* Hoc eſt, quod Paul9 c monet, veterem cũ actibus ſuis exuendum, & nouũ hominem in iuſtitia & ſanctitate veritatis induendum eſſe. Prius eſt in cognoſcendis fugiendisq; peccatis poſitum, quoniam ea ipſa maxima ſunt mala mortalibus: poſterius vero in bonis expetendis atque conſectandis verſatur. Vt autem iuſtitię hoc officium vtrunque d prꝺſtemus; Dei gratia per Ieſum Chriſtum nobis parta

&

& promiſſa, ſemperq; neceſſaria eſt. Ea vero prępeunte e atque coopãte, efficitur id in nobis, quod Ioannes affirmat: f *Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt, ſicut & ille* (Deus) *iuſtus eſt.* Ad porrò, *Qui facit peccatum, ex Diabolo eſt.*

e Aug. de gratia & lib. arb. c. 9. 15. & 16. Itē in Ench. ca. 32. Hier. 2. in Iouin. Conc. Tridentin. ſeſ. 6. can. 2. f 1. Ioã. 3. b

II.

Quid eſt peccatum?

AVguſtino a teſte, Peccatum voluntas eſt retinendi vel cōſequẽdi quod Iuſtitia vetat, & vnde liberum eſt abſtinere. Et alibi docet, b Peccatum eſſe dictum, vel factum, vel concupitum cōtra legem Dei. Ambroſius verò: c Quid eſt Peccatum, inquit, niſi legis diuinę pręuaricatio, & cœleſtium inobediẽtia pręceptorũ?

a Libro de duabus animabus ca. 11 & lib. 1. Retractat. ca. 15. & 13. li. de Gen. ad lit. imperfect. cap 1. b Lib. 22. cont. Fauſt. ca. 27. li. 1. cōt. 2. epiſt. Pelag. ca. 13 c Libro de Paradi. c. 8.

III.

Quotuplex verò peccatum eſt?

TRiplex, a Originale, Mortale ac Veniale.

Pri-

Aug. lib. 2. de conſenſu Euang. cap. 4. Beda in ca. 3. epiſt. 1. Ioannis. a Auguſt. in Ench. cap. 64.

b Triden. ſeſſ.5. Primum Originale vocamus, b quod à primo humani generis parente Adam tráſfuſum, nobiſque in ipſa c conceptione contractum, per Baptiſmum in Chriſto tollitur. De quo Paulus in hunc modum: d *Per vnum hominem,* inquit, *peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt.* Et rurſus ad baptizatos loquens, vt vim Chriſtiani baptiſmi ad hoc quoque peccatum expiandum porrigi oſtenderet, apertè teſtatur: e *Abluti eſtis, ſanctificati eſtis, iuſtificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri.*

c Pſal. 50. b

d Rom. 5. b

e Cor. 6. c

Mortale verò, eſt peccatum (vt vocant) actuale, quod vitam ſpiritualem eripit, ac mortem adfert animæ peccantis: quæ mors & à Deo, Deique f regno ſeparat, & ſupplicio æterno dignum facit. Vnde ſcriptum eſt, g *Stipendia*

f 1. Cor. 6. b Galat. 5. d Apoc. 21. c

g Rom. 6. d

dia peccati mors, [h] *Iniuſtitia, mortis* [h] Sap. 1. d
eſt acquiſitio, Impij autem manibus &
& verbis accerſierunt illam.

Demum veniale peccatum eſt actuale quidem, ſed quod Dei inimicum hominem non efficit, cuiuſque à Deo venia fidelibus impetratur. De hoc Ioannes dixit, [a] *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.* Nam & apertè fatetur Iacob9, [b] *In multis offendimus omnes.* Et ſi Sapienti credimus, [c] *Septies cadit iuſtus in die, & reſurgit.*

a 1. Ioan. 1. d Aug. lib. 3. cont. duas epi. Pelagianorũ ca. 3. a

c Eccle. 7. c Prou. 24. b

Iam verò peccatum vnum altero eſſe [d] grauius cõſtat, & quidem grauiori pœnam [e] maiorem deberi, non ſolũ humanę, ſed etiã diuinæ eſt iuſtitiæ conſentaneũ. Proinde Chriſt9 inter culpã pœnamque ſcienter ac ignoranter peccantis ita diſcreuit, [f] *Ille ſeruus*, inquit, *qui cognouit voluntatem*

d Ioã. 19. b

e Au li. 21. de ciui. dei cap. 16. & ſerm. 18. de verbis Apoſtoli.

f Luc. 12. f

Domi-

domini ſui,& non ſe præparauit,& nõ fecit ſecundum voluntatem eius,plagis vapulabit multis: qui autem non cognouit & fecit digna,plagis vapulabit paucis. Alibi vero idẽ de peccato irę,eiuſq; gradibus loquens,hanc

g Matt.5 c tulit ſentẽtiam. g *Omnis qui iraſcitur fratri ſuo,reus erit iudicio:qui autem dixerit fratri ſuo Racha, reus erit concilio:qui autem dixerit,fatue,reus erit gehennæ ignis.* Vbi per gradus culpæ creuit ordo ſententiæ, vt

a Greg.21. moral.c.5. Aug.in lib. 1. de ſermone Domini in monte, cap.19.

Gregorij a verbis vtamur, dũ ira ſine voce Iudicio: ira in voce Cõcilio,vbi cauſę ſentẽtia definitur: ira vero in voce atque ſermone, gehennæ ignibus mancipatur.

IIII.

Quare peccatum eſt fugiendum?

Eccleſ.15. d PRimum, quia DEVS *nemini mandauit impiè agere, & nemini*

a Pſal.5. a Eccleſ. 12 b Sapiẽ. 14.b Prouer. 5.b Exod.23.a

dedit ſpacium peccandi, ſed a odit oẽs, qui operantur iniquitatem, vt apertè ſcriptura teſtatur. Nec eſt quicquã Deo magis inuiſum ac

ac exoſum, qui diligit [b] alioquin omnia quæ ſunt, & præter peccatum nihil odio atq; ſupplicio perſequitur, illudque nec in [c] cœlo nec [d] in terra ſinit impunitum abire. b Sap.11.d c Eſa.14.c 2.Pet.2. d Leu.26.c Deut.28.b

Deinde peccatum, ne parum execrandũ videatur, Chriſto domino, qui alioquin peccatum non fecit, [e] cauſam præbuit ſubeundæ crucis, & acerbiſsimæ mortis perferendæ. Etenim, [f] *Ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrum.* [g] *Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantùm, ſed etiam pro totius mundi.* e Bern.ſer. 3. de natiu. Domini. f Eſa.53.b g 1.Ioã.2.a

Ac propterea quidem lauit [a] nos â peccatis noſtris in ſanguine ſuo, vt quotquot cum ipſo per baptiſmum [b] in mortem conſepeliuntur, hi peccatis [c] mortui, iuſtitiæ viuant, ac in [d] nouitate vitæ per ipſius gratiam ambulent continẽ- a Apoc.1.b b Rom.6.a c 1.Pet.2.d d Rom.6.a

ter. Cæterúm qui poſt acceptam in baptiſmo Chriſti gratiam, iterum voluntariè peccant, in Chriſtum peccant, Chriſtũ perſequuntur, Chriſtum denuo crucifigunt, quos Chriſto iuſto iudici pœnas maiores, quam ſceleratos Ethnicos, dare oportebit. Sic enim Pau-

c Heb.10. c lus docet: c *Voluntariè peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia, terribilis autem quadam expectatio iudicij.* De quibus & Apoſto-

f 2.Pet.2,d lus Petrus dixit: f *Melius erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem retrorſum conuerti, ab eo quod illis traditũ eſt ſancto man-*

g 1.Corint. 10.c *dato.* Quare qui ſtat, videat g ne

Lucæ 11.d cadat: nam cadendo poſteriora

Matt. 12.d prioribus deteriora fiunt. Præ-

h Tob.12.c terea h *Qui faciunt peccatum & ini-*

a Sap.16.b *quitatẽ, hoſtes ſunt animæ ſuæ,* ſi Ra-

b Eze.18.a

Iacob.1.b phaeli credimus. Nam a *homo per*

Pſalm.35.d *malitiam occidit animam ſuam. Ani-*

Rom.6.d *ma quæ* b *peccauerit, ipſa morietur,*

Nihil

Nihil autem ea morte infelicius, qua homo â Sanctorum omnium conſortio, ab Angelorum & cæli- tum gaudio, atque c ab ipſo deni- nique ſummo & æterno bono, in cuius agnitione & fruitione ſanè omnis ſalus & perfecta hominis beatitudo conſiſtit, in æternum ſeparatur.

c Matth.7 d,25 d Lucæ 13.f Pſalm.6.b Chryſ.ho. 24,in Mat. & 48.ad po pul.Antio. Itē ep.5.ad Theod. la- pſum.

Adhæc ea peccati natura eſt atque malignitas. vt non ſolum â Deo Deique gratia & gloria ho- mines etiam d iuſtos abducat. ſed præterea ſummis æterniſque ma- lis cum corporis tum animæ ſub- ijcit: nec e ſolum in hac, ſed etiam in futura vita infeliciſsimos red- dit, vt in poteſtatem dæmonũ re- dacti, ſupplicijs grauiſsimis & ma lis omnibus perpetuo abdicâtur. Hinc notanda ſunt in Scripturis ſacris, quæ paſsim de reprehen- ſis ac punitis peccatoribus, ex- empla proferuntur, vt de a Cain,

d Ezc.18.e f 33.c.d

e Iudith 5 e Exod.22.f Num.14. c.d.e Eccle.21,a Pſalm.10,b Lucæ 16,f

a Gen.4,b

b Exo.14. g b Pharaóe, c Nabuchodonoſore,
c Dani.4, f d Sodomitis, e Aegyptijs, f Iſrae-
d Gen.19, c litis, & cæteris, quorum ſcelera iu
Ezech.16, f ſtus Deus miris ac horrendis mo-
e Ex.7.8.9. dis eſt perſequutus. Obſeruandæ
10.12, 14. quoque ſententiæ, quæ peccato-
f Deuter. rum peſtes fugiendas & execran
23, c, d das docent. Vt, a *Qui facit peccatũ,*
Num.16, e *ſeruus eſt peccati.* *Odio* b *ſunt* DEO
a Ioan. 8, d d *impius & impietas eius.* c *Miſeros fa-*
b Sap.14, b *cit populos peccatum.* *Quaſi à* d *facie*
c Prou.14 d *colubri fuge peccata.* e *Non Deus vo-*
d Eccl.21, a *lens iniquitatem tu es, neq; habitabit*
e Pſalm.5 a *iuxta te malignus, neq; permanebunt*
f Eccle.9, d *iniuſti ante oculos tuos:* *Qui* f *in vno*
g Tob.4, a *peccauerit, multa bona perdet.* g *Om-*
Vide Chry *nibus diebus vitæ tuæ in mente habeto*
ho.8. ad po *Deum, & caue ne aliquando peccato*
pu. Antioc, *conſentias, & prætermittas præcepta*
17, in Gen. *Dei noſtri.*
51, & 37. in
Ioan. 28. in
epi. ad Ro
ma.41, in
Act. & ho, de Iona Prophe. Baſil. hom. in Pſal-
mum. 33. Auguſt. propoſ. 42, ex epiſt. ad Rom.

Hæc eo ſpectant, vt æquiſsimum peccatorum vindicem Deum homo cognoſcat, cognoſcendo

do timeat, timendo caueat ſaluti ſuæ, & cauendo pœnas euadat horribiles peccatorum. h *Multa enim flagella peccatoris.* h Pſal.31,c

V.

Quæ via ad peccati foueam ducit?

TRibus præcipuè gradibus a ad peccatum peruenitur: Suggeſtione, delectatione, conſenſu. a Aug.li.1. de ſer, Domin.in mõte,ca.23.& li.12.de Trinit.ca.12. Grego. homi.16.in Euang. & li. 4. moral. cap.27.

Suggeſtione quidem hoſtis, dum nobis praua ingeritur cogitatio, ſiue tentatio à mundo, carne vel Sathana: delectatione autẽ noſtra, dum animo iam nimium adlubeſcit, quod praua ſuggeſſit tentatio: demum, vt proprio conſenſu, dum in peccatum ipſum voluntas allecta conſentit deliberatè: Ex quo ſanè conſenſu peccatum iam a conſummatur, vt hominem non modo immundum iniquumque faciat, & ſpiritualiter occidat, verumetiam coram Deo gehennæ obnoxium reddat, a Iaco.1. b Beda ibid. Tob.4.a Rom.6. b Matth.5. d

etiáſi nõ ſemper opere perpetretur. Vnde nõ temerè dictũ eſt illud: b in ſuggeſtione ſemẽ, in delectatione nutrimentũ, in conſenſu perfectionem ineſſe peccati.

b Greg. ad interr. 11. Auguſti. Cantuar.

Quod ſi exactius conſideremus, qui ſoleát gradus eſſe peccati, inprimis oritur ex c ſuggeſtione cogitatio, ex cogitatione affectio, ex affectiõe delectatio, ex delectatione conſenſus, ex conſenſu operatio, ex operatione conſuetudo, ex conſuetudine deſperatio, ex deſperatiõe peccati defenſio, ex peccati defenſiõe gloriatio, ex gloriatione damnatio. Hæc eſt demum longa illa & horrẽda peccatorum cathena: hi d funes atq; compedes, quibus adſtrictum hominem ſathanas nunc in omne genus malorum, ac tandem in tartareá abyſſum præcipitat infeliciſſimè. Atq; idcirco plurimum refert, peccatorum gradus eiuſmodi atque propagines, ne fallamur

c Vide Gregor. Magn. moral. li. 4 cap. 27. & Iſidor li. 2 de ſummo bono ca. 23

d Prou. 5: d Pſal. 118. b 2. Reg. 22 a Vide Aug. li. 8. confeſ. cap. 5.

atque periclitemur, ſtudioſè diſcernere & obſeruare.

VI.

Quomodo peccata facilè deuitantur?

PRimúm quidem, ſi quæ peccatis mala & pericula ſuccedant, prouideamus: deinde ſi illòrum initijs prauisque ſuggeſtionibus, quibus ad peccandum facilè ſolicitamur, ſtatim [a] occurramus atque repugnemus fortiter: poſtremo ſi [b] virtutes peccatis contrarias exercitare nitamur, Chriſto in his omnibus auxiliante.

a Pſal.136 b Iaco.4.b 1.Pet.5.c
b Roman. 12.a.b.c Ephe.4.a f.g Philip.4.b

Monet igitur Eccleſiaſticus: [c] *Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Si praſtes animæ tuæ concupiſcentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis.* Vnde diuinum etiam oraculum pronunciat: [d] *Nonne ſi benè egeris, recipies? ſi autem malè, ſtatim in foribus peccatũ aderit: ſed ſub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.* Atq; hic locũ

c Eccl.18.d
d Gen.4.a

e Eph.6,b c habet armatura e ſpiritualis, qua Hebræ.12.b vult Paulus Chriſti milites aduerſus peccatũ & inſidias omnes diaboli eſſe munitos, vt peccato repugnare, in die malo reſiſtere, & omnia tela nequiſsimi extinguere poſsint.

DE SEPTEM PECCATIS CAPITALIBVS.

I.

Quæ ſint peccata præcipuè animaduertenda.

EA nimirum, quæ dicuntur, Capitalia, quod ſint veluti fontes, vel capita reliquorũ, & é quibus velut ex corrupta radice, peſtiferi planè fructus naſcũtur, & longa quaſi ſtirpe omnis generis vitia, turpitudines, ſcandala, damna, corruptelæ, ac peſtes humani generis deſcendunt, & vi magna profluunt.

Quot

II.

Quot ſunt peccata einſmodi Capitalia?

SEptem, quæ ſic numerantur: Superbia, Auaria, Luxuria, Inuidia, Gula, Ira. Acedia. Sed vt hæc maximo ſemper odio proſequenda fugiendaque, ſic virtutes ſeptem, quæ peccatis illis opponuntur, ſummo quidem ſtudio & amore, ſi vitam animæ quęrimus, ſunt confectandę. Superbiæ contraria eſt a Humilitas, Auaritiæ b Liberalitas, Luxuriæ c Caſtitas: cum Inuidia pugnat d Charitas, Gulæ opponitur e Abſtinentia, Iræ, f Patientia: demum Acedię g Deuotio, ſeu pia ſedulitas, ſedulaque pietas aduerſatur.

De his Gregor. li. 31. moral. c. 31 & Caſſ. collatione 5. Item lib. 5. & ſequent.

a Col. 3. b
b 2. Corin, 9, b
c Act. 24. g
d 1. Corint. 13. b. d
e Eccleſ. 31, b. d
f Heb. 10. g
g 1, Corint. 15. g

III.

Quid eſt Superbia, & quas gignit filias?

SVperbia a eſt inordinatꝰ appetitus

a Vide Chryſ. ho. 43. ad pop. Antioch. Bernat. de grad. humil. Greg. 34. moral. ca. 7, & ſeq. & li. 23 c. 7. Proſ. ad Demet. Iſid. de ſum, bono li. 2. ca. 38.

titus excellentiæ. ſiue intus lateat in animo, ſiue extrinſecus etiam ſeſe prodat.

b Greg.li. 31. moral. cap. 31. Proſp. li. 3 de vita cō-temp. ca. 2. Hæc vitiorum quidem omnium mater, princeps ac b regina eſt: præcipuè tamen infelicem hanc ſobolem gignit. c Inobedientiam, iactantiam, hypocriſim, c Deut. 17 c contentionem, pertinaciam, diſcordiam, curioſitatem. Sapien. 5. b Mat. 23. c. d Prou. 13. b Gen. 49. a Prou. 6. c 1. Tim. 5, b

Vt autem delictum hoc maximum caueatur, Tobias in hunc modum admonet: d *Superbiam nunquam in tuo ſenſu, aut in tuo verbo dominari permittas: in ipſa enim* e *initium ſumpſit omnis perditio.* Hinc Apoſtolica illa doctrina: f *DEVS ſuperbis reſiſtit. humilibus autem dat gratiam.* Imo ſi Eccleſiaſtico credimus, g *Odibilis eſt coram Deo & hominibus ſuperbia. Radices gentium ſuperbarum areſecit Deus, & plantauit humiles ex ipſis gentibus, Quid ergo ſuperbis terra & cinis?* d Tobi. 4. c e Eccl. 10. b f Iaco. 4. b 1. Pet. 5. b g Eccl. 10. a Ibidem. c Ibidem.

Quid

IIII.

Quid eſt Auaritia, & quarum filiarum mater?

AVaritia a eſt habendi appetitus inordinatus. Auarus enim rectè iudicatur, non ſolum qui rapit, ſed etiam qui concupiſcit aliena, vel cupidè ſeruat ſua.

a Conſule Baſil. in diteſcētes & auaros ho. 6. & 7. Proſp. li. 2. de vita cōtēp cap. 15. & 16.

Iſid. de ſum. bono, li. 2. ca. 41, Aug. li. 3, de lib. arb. ca. 17. & ſer. 196 de tēp. Amb. in l. de Nab, Iezrael.

Filiæ b ſunt huius peſsimæ matris, Proditio, Fraus, fallacia, periurium, inquietudo, violentia, immiſericordia, ſeu inhumanitas, & cordis durities. Damnat hoc vitium Apoſtolus, c vt idolorū ſeruitutē dixerit: ac præterea ita ſcribit: d *Qui volunt diuites fieri, incidūt in tentatione & laqueum diaboli, & deſideria multa & inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. RADIX enim omnium malorum eſt cupiditas*

b Greg. li. 31. moral. cap. 31. 2. Tim. 3. a 1. Cor. 6. b Eccle. 11. d Zach. 8. c Matt. 6. d Prou. 22. d 21. b c. Colo. 3. a Epheſ. 5. b d 1. Tim. 6. b Eſaiæ 5. b Baruch 3. b

Mar. 10. Abac. 2. b. Iac. 5. a. Eccle. 31. a Pſalmo 48. c. d. b.

e Eccle.10 b Et alibi ſcriptum habemus, e *Auaro nihil eſt ſceleſtius.* Item, *Nihil*
Ibidem. *eſt iniquius, quàm amare pecuniam. Hic enim & animam ſuam venalem habet.* Et Chriſtus ipſe teſtatur:
f Matt. 6, c f *Non poteſtis Deo ſeruire & Mammonæ.* Et iterum: *Nolite ſolliciti eſſe in craſtinum.* Quod Paulus etiam explicatius reddens, ita monet:
Ibidem. d g *Sint mores ſine auaritia, contenti*
g Heb.13.a *præſentibus. Ipſe enim dixit, Non te de-*
Lucæ 12, b *ſeram neq; derelinquã: ita vt confiden*
Ioſuæ 1. Pſal. 117 a *ter dicamus. Dominus mihi adiutor.* h
h 1. Timot. *Habentes alimenta, & quibus tega-*
6, b *mur, his contenti ſimus.*

V.

a Videatur Proſper de vita contẽ. li.3.ca.9 Iſidor.de ſummo bono l.2, c. 30 b Greg. ſup. Oſe. 4

Quid eſt Luxuria, qualemq; ſobolem gignit?

Lvxuria a eſt appetitus inordinatus impuræ & libidinoſę voluptatis. Gignit autem ex ſe mentis cæcitatem, incõſiderationem, vt inconſtantiam, præcipitationem, amo-

2. Reg.11, c Danie.13.g Prou.13.a. Sap.4.c. Pſalm. 51 a 2 Tim. 3, a Pſalm. 20. b. Iacob 4.b. Ephe. 4. c

amorem ſui, odium Dei, deſiderium huius vitę nimium, mortis futurique iudicij horrorem, ac felicitatis æternæ deſperationem.

Aduerſus hoc peccatum, quod c ſapientes amentes, & homines penè pecudes facit, ita Paulus: d *Fugite fornicationem. Omne enim peccatum, quodcunque fecerit homo, extra corpus eſt: qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat.* Quamobrem, & alibi in hunc modum ſcribit: e *Fornicatio, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet Sanctos: aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinent, ſed magis gratiarum actio.* Ac mirum eſt ſanè, ingenti f pudore non affici Chriſtianos, qui corã Deo & angelis eius fœda ſe libidine polluunt, cùm corpora, membraq; ſua Spiritui ſancto, & Chriſto Domino veluti g templa pura in baptiſmate conſecrarint. Hinc ite-

c 3. Reg. 11. a Eccle. 19. a Hier. in ca. 4. Oſeæ. Amb. li. 1. de Cain & Abel c. 5. & li. de Noë & arca. c. 9.
d 1. Cor. 6. d Et ibidem. Chryſoſt. Aug. de decẽ chordis c. 10. & ſer. 16. de verbis Dom.
e Ephe. 5. a Et ibi. Hieron. vide 6. pcep. deca.
f Amb. in ca 4. Lucæ. Greg. 16. mora ca. 31
g 1. Corin. 3. d 2. Cor. 6. d

h .Cor. 6. d rum Paulus: h *An neſcitis, quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti, qui in vobis eſt, quem habetis à Deo, & non eſtis veſtri?* Tum rurſus, a *Neſcitis, quoniã corpora veſtra, mẽbra ſunt Chriſti? Tollẽs ergo membra Chriſti, faciam mẽbra meretricis?* Ac demũ ita concludit: b *Empti eſtis precio magno: glorificate & portate Deum in corpore veſtro:* c *Fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus.*

a Ibidem.
b Ibidem.
c Heb. 13. a
1. Cor. 6. b
Ephe. 5. a
Galat. 5. d
Apoc. 21 c

a De hoc peccato ſcribit Cypria. ſer. de zelo & liuore. Baſ. ho. 1. de inuidia, & 21. in aliquot ſcriptu. locos. Chryſo. ad pop. ho. 44 & ſequen.

VI.

Quid eſt Inuidia, & quas procreat filias?

INuidia a eſt triſtitia de bono alterius, & odium alienæ felicitatis reſpectu ſuperiorum, quia eis non æquatur: & reſpectu inferiorum, ne ſibi ęquentur: & reſpectu pariũ, quia ſibi æquãtur, vt b Auguſtin9 inquit. Filias c vero procreat,

Proſp. lib. 3. de vit. cont. ca. 5. & 9. Iſi. de ſum. bono lib. 3. ca. 65. b Aug. li. 11. de Geneſi ad liter. cap. 14. Proſp. ſent. 292. c. Greg. li. 31. moral. c. 31. 1. Ioan. 3. c Rom. 1. d. Prou. 17. a. 24. b. 28. d. Eccle. 4. a

creat, odiũ ſuſurrationẽ, detractionẽ, in aduerſis aliorũ reb⁹ exultationem, in proſperis afflictionẽ.

Certè Cain d Abel germano fratri, & Saul e Dauidi deſtinato regi generoque ſuo legitur inuidiſſe. Hoc f execrandum crimen, præterquã quod ab omni eſt charitate & humanitate remotũ, homines etiam dęmonibus perſimiles reddit. g *Inuidia* enim *diaboli mors introiuit in orbem terrarũ: imitantur autem illum, qui ſunt ex parte illius*. Recte igitur Apoſtolus monet: h *Nõ efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicẽ puocãtes, inuicẽ inuidẽtes*.

d Gen. 4. a Iudæ 1. c e 1. Reg. 18. b f Niſſ. in vita Moſi. Hier. in ca. 5 ad Gala. Greg. 3. d. curæ paſt. admoni. 11. Aug. ſer. 83. de temp. Bern. ſer. 24. & 49. in cant. & in ſer. de trip. cuſtodia. g Sap. 2. d Chryſ. ho. 41. in Mat. Greg. 5. moral. ca. 33. 34. & l. 29. moral. ca. 3. Aug. de ſanct. virg. ca. 31. h Galat. 5 d

VII.

Quid eſt gula, & quænam illius filiæ?

Gula eſt cibi ac potus appetit⁹ a inordinatus. b Filias habet c ineptam lætitiam, multiloquiũ, ſcurri-

a Greg. 30. mora. c. 27. b Idẽ li. 31. mortal. c. 31 c Exo. 32. b Iob 21. b. Prou. 10. c Epheſ. 5. a. Greg 3. par. curæ paſt. admoni. 20. Chryſ. hom. 57. ad populum.

c ſcurrilitatē, d ſpurcitiem, ſenſuum & intellectus hebetudinem.

d Eſaiæ 28. b. Eccleſ. 10. c. Chryſoſt. 44. in Ioan. & 58. in Matth. Hieron. lib. 2. cont. Iouin. & in cap. 44. Ezec. & in cap. 8. ad Galat. Legatur de hoc vitio Baſilius hom. in ebrietatem & luxum. Auguſt. de tempore ſerm. 231. & 232. Chryſoſt. contra Luxum & Crapulam, & hom. 1. ad popul. Antioch. Iſidor. lib. 2. de ſummo bono cap. 24. & 43. Ambroſ. de Helia & ieiunio. cap. 12. & ſequent.

e Eccl. 37. d & 31. b Pſal. 77. d Num. 11. g Deut. 32. c Prou. 21. c.

f Ibidem.

g Luc. 21. g Vide Burchard. l. 1. 4 decret. Iuonem par. 13 ca. 86. & ſequent.

Quid verò fœdius, quàm hominem à beluis naturali quadam frugalitate contentis ſuperari, dū ventris, crapulæ, & violentiæ quaſi mancipium agit, dum bona diſsipat, valetudinem lædit, morbos accerſit, ac vitam demum ipſam abrumpit, eripitque ſibi? Nā verè dictum eſt illud: e *Propter crapulam multi obierunt, qui autem abſtinens eſt, adijciet vitam.* Item, f *In multis eſcis erit infirmitas.* Iubet ergo Chriſtus, g *Attendite vobis, ne fortè grauentur corda veſtra in crapula*

la & ebrietate. Cæterùm ab ebrietate nos reuocans Paulus, h *Nolite*, ait, *inebriari vino, in quo eſt luxuria*. a Ebrioſi regnum Dei non poſsidebunt: vt idcircò tam grauiter interminetur quoque Propheta potatoribus: b *Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem.*

h Ephe.5.d. Prou.20.a Hieron. in ca.1. ad Titum, & ep. 83. ad Oceanum. Amb.lib 1. de Pœnit. cap.14. Prouer.31.a

a 1 Corint.6 b. Galat.5.d. Oſeæ 4. c. Eccleſ.19.b. Eſaiæ 5, c. 22. d. Prouerb.23.c.d. Amos 6.b. Lucæ 6, d.

VIII.

Quid eſt ira, & quæ ſoboles ex illa naſcitur?

IRa eſt immoderata cupiditas puniendi eius, à quo læſum ſe quis arbitratur: a Naſcũtur ex illa deteſtandæ filiæ, rixæ, tumor mentis, contumeliæ, clamor, indignatio, atque blaſphemia.

Eſt b hoc animi vitiũ perniciosum, omnem iudicij prudẽtiæque vigorem, & animi, ſæpeq; corpo-

a Greg. li.1. moral.c. 31. Prou. 29. a Iob.15. a Eccle. 19.d Epheſ. 4.g b Leg. Baſil. in hom. 10. de Ira. Chryſ. ad pop. hom. 25. & ſeq. Greg. li.5. Moral. cap.30. & ſequent.

Item hom.6. in Acto.4. & 18. in Matt.

c Eccle.7.b corporis ſanitatem labefactans. Eccle.8.d Quare monuit Eccleſiaſtes, c *Ne* 28.a.b.30.d *ſis velox ad iraſcendum, quia ira in* Prouer.12. *ſinu ſtulti requieſcit.* Et gentiũ do- c.15. 2. c. 18.b.a. 22.d ctor pręcepit: d *Omnis amaritudo,* 29.c.27.a *& ira, & indignatio, & clamor, &* Iob.5.a *blaſphemia tollatur à vobis cum omni* Pſalmo 4.a *malitia, Eſtote autem inuicem benig-* & 30.b. *ni, miſericordes, donantes inuicem, ſi-* d Ephe. 4.g Colloſ. 3 b *cut & Deus in Chriſto donauit vobis.* Bern.ſerm. 13. in pſal. Qui habitat. Cæterum aduerſus iracũdos, cõtentioſos, contumelioſos iam lata eſt Chriſti ſententia, valdeq́; metuenda illa: *Omnis qui iraſcitur fra-* Ambroſ. lib.1.offic. *tri ſuo, reus erit iudicio : Qui autem* cap.21. *dixerit fratri ſuo Racha, reus erit con-* Auguſt.in *cilio: Qui autem dixerit fatue, reus e-* pſalm. 4. *rit gehennæ ignis.*

Item lib. de vera religione, cap. 45. epiſt.87.& 149. Gregor. lib. 8. epiſt. 51. ad Leont. & par. 3. curæ paſtor. admonitione 17. e Matthæi 5. c. Gregor. lib.21. moralium cap.5. Auguſt. lib. 1. de ſermone dom. in monte cap.19. in enchirid.ca.79.

IX.

Quid eſt Acedia, & quas gig-nit filias?

Acediæ

ACedia eſt remiſsi animi languor ad benè operandum: præſertim verò triſtitia eſt de re ſpirituali. Quæ has gignit a filias, Malitiam, rancorem, puſillanimitatem, deſperationem, torporem circa præcepta neceſſaria, mẽtiſque circa res illicitas euagationẽ.

Bern. ſer. 3. & 6. de aſcenſione domini. Greg. 3. parte curæ paſtor admonitione 16. a Greg. 31. moral. c. 33.

Huic peccato ſunt obnoxij homines b ocioſi, inertes, & quos c tepidos ſcriptura vocat, ac omnes demum, qui tempus hoc gratię, diemq́; ſalutis reb⁹ ac ſtudijs vanis tranſigunt. Finis autẽ huius peccati eſt, quem docet in Euangelio Chriſtus: d *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & ignem mittetur*. Tum alibi: e *Inutilem ſeruum eijcite in tenebras exte-*

Eccleſ. 33. d Prou. 15. b Eccleſi. 7. a 30. d Prou. 17. d Pſalmo 118. d 39. c b Mat. 20. a Matt. 22. a. c Apoc. 3. c Prou. 6. a. b 10. a. d. 13. a 18. b. 19. c. d 20. a. 21. d. 22. b. 24. 25. c. 26. b. 28. c Eccleſ. 5. b. 7. b. 14. a. c. 22. a Pſalmo 72. a Hierem. 48. b. Prouerb. 13. c. 2. Cor. 7. c. Galat. 3. a. Apoc. 2. a d Matthæi 7. c. 3. c. 21. b Lucæ 13. b. Ioannes 15. a e Matthæi 25. a Eccleſ. 6. c Eccle. 9. c. 2. Theſſ. 3. c Galat. 5. Hebræ. 12 d Rom. 12. c Philip. 4. a.

exteriores. Neque tacuit ille, quid interim à nobis, ne torpeamus fieri velit: [f] *Videte*, inquiens, *vigilate & orate, neſcitis enim quando tempus ſit*; [g] *Contendite intrare per anguſtam portam, quia multi dico vobis, quærent intrare, & non poterunt.*

f Mar. 13. d Matt 24. d 25. a Ioan. 9 a Ephe. 5. d Apoc. 3. a

g Luc. 13. c Matth. 7. b 11. b

Hæc ſummatim perſtrinximus, vt qui iuſtitiæ vias ſunt minus edocti, præcipuos humani generis morbos, atque execrãdas peſtes, quas oſtendimus, non ſolùm cognoſcant & obſeruent, ſed etiam ex præſcripto, diuinæ legis, à ſe aliiſq; depellere & penitus arcere conentur. *Beatus* verò *vir*, [h] *qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit*, quẽadmodum Pſaltes canit Regius, vt primam iuſtitiæ ac beatitudinis partem cantico ſuo primo demonſtret.

h Pſal. 1. a Bern. ſerm. 35. ex paruis ſermonibus.

DE.

DE PECCATIS ALIENIS.

I.

Quæ peccata dicuntur aliena?

EA, quæ licet aliorum manibus operaque perficiantur, & interim nobis tamen meritò imputantur, noſtraſque cõſcientias damnationis corã Deo reas conſtituunt. Quamobrem de his accipi poteſt, quod ſcriptura imperat: a *Ne communicaueris peccatis alienis*. Et quod orat Propheta Regius: b *Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce ſeruo tuo*. Eodẽ refert Baſilius c Magnus, quod Epheſijs ſcriptum eſt à Paulo, d *Nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum, magis autem redarguite*. Tum illud eiuſdem Apoſtoli: e *Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè: & non ſecundum traditionem, quam acceperunt à nobis*.

a 1. Tim. 5. d Vide Baſil. de virginit.
b Pſal. 18. c. Et ibid. Euthym. Itẽ Aug. l. 3. de libe. arbit. cap. 10.
c Li. de baptiſ. ca. 9. Aug. ſer. 18. de verbis Domini.
d Ephe. 5. c
e 2. Theſſa. 3. b

Quot

II.

Quot numerantur eiuſmodi aliena peccata?

NOuem, ſicut nouem ferè mo dis committuntur, vtpote Conſilio, Iuſsione, Conſenſu, Irritatione, Laudatione ſeu Adulatione, Reticentia culpæ alienæ, Conniuentia vel Indulgentia, Participatione criminis, ac praua Defenſione.

III.

Quando peccatum alienum conſilio perpetratur?

Eccle.27.d 6.a.8.d.37.a.b Iob.5.c.12.c.18.b Eſaiæ 19.b Pſal.7.c.9.c Prou.26.d Eccle.10.b a Ioan.11.f Gen.49.a Iob.21.b

CVm mali ſcilicet cōſilij, quod alij ſequuntur vel ſequi poſſent, ipſi ſumus authores & adminiſtri. Exemplo ſit Cayphas, a qui conſilio ſuo ſenatum Iudaicum in mortem Chriſti concitauit atque permouit, Contra verò laudatur Ioſeph ab Arimathea, & vis bonus iuſtusque dicitur, quia b nō conſenſerat conſilio & actibus

bus eorum, Pontificum ſcilicet & Phariſæorum in Chriſti c necem impiè conſpirantium, Eiuſdem claſsis fuit Demetrius d ille, quem cum alijs opificibus, vt ſuo ſtuderet queſtui, totam penè vrbem Epheſiorum aduerſus Paulum Paulique doctrinam ingenti ſeditione compleuit. Impegit hic etiam infamis e Herodias, qua rex Herodes per adulterium fœdè abutebatur. Nam illius conſilio & ſuaſu inſtructa ſaltatrix filia, quòd crudeliter appetiuit ſanctiſsimi Ioannis obtruncatum caput, nefariè impetrauit.

c Ioan.11.g Matt.26.a
d Act.19.e
z.Reg.10.a 16.d.17.a.e.f.
3.Regum 12.c.21.g
2 Paral.22.a.b.25.e.f.
1.Eſd.4.a
Heſter.5.d
Dani 6.b
1.Machab.1.b 2.Mach.1.c.4.e.f
e Marc.6.c.
Matt.14.a
Acto.14.c
1.Reg.22.c
Iudit.2.a
Heſt.3.c.d
Dan 3.a.b.6.c
1 Macha.1.e.f.g
2.Mac.6.a
Marci 6.d
Actor.23.a
a 2.Re.11.c

IIII.

Quando iuſsio eſt peccatum alienum?

CVm ex decreto, mãdato im pioue noſtro redit ad proximum iniuria, vel malum quodcunq; ꝑpetratur. Sic Dauid Rex innocentem occidit a Vriã, non ſuis quidem, aut ſeruorum mani-

manibus,ſed per literas hoc agẽs atque demandans,vt in prælio ille occideretur. Et præſes b Pilatus mortis Chriſti reus eſt, quòd illum in Iudæorum gratiam cruci affigendum, etſi inuit⁹ quodammodo,autoritate ſua adiudicauit ac tradidit. Ita ſummo ſe crimine c Pharao,& d Herodes obligarũt cum legem tyrãnicam de occidẽdis Hebræorum infantibus ferrent. Væ e autem illis, qui condunt leges iniquas.

b Ioã.19.c
Lucæ 23.d
c Exo.1. c.d
d Matt.2. c
e Eſai. 10. a
Matt.15.a
Marci 7.b

V.

Conſenſus quando alieni peccati nos reos facit?

CVM quod ab alijs fit nequiter,à nobis quaſi ſuffragium accipit,& ſaltem tacitè a approbatur. Ita peccauit Saulus in Stephani protomartyris necẽ b cõſentiens. Peccarunt & viri ex Iudæis plures quadraginta,c qui facta etiam voti nuncupatione in Pauli necem armarunt ſeſe.

Leui.20.a
Num.16.d
Iudic.8.b
Heſt.14.c.d
Lucæ 11.g
a Iren. li.4. cap.46.
b Act.7.g
c Acto.23.c

Pecca-

Peccauerunt demũ & ciues [d] Hie- rosolymitani, ſuis magiſtratibus, quo Chriſtus perderetur. ſuffragantes, vt idcirco Petrus illis exprobrans dixerit. [e] *Autorem vitæ interfeciſtis.* Notanda eſt igitur Pauli ſententia. [f] *Non ſolùm qui faciunt mala, ſed etiam qui conſentiunt facientibus, digni ſunt morte.* Et huc referri poteſt, quod apud Cyprianum [g] legimus, Non eſt immunis à ſcelere, qui vt faceret impetrauit: nec alienus à crimine, cuius conſenſu licèt non à ſe admiſſum crimen, tamen publicè legitur.

d Mat. 27. b Mar. 15. a. b
e Actor. 3. c & 2. d
f Rom. 1. d
g Li. 2. ep. 7. quæ eſt cleri Romani ad Cyprianum.

VI.

Quando irritatione nobis peccatum alienum conflatur?

CVM ſcientes alium ad iram, vindictam, blaſphemiam, crudelitatem, aut conſimilia vitia, ſiue dictis id fiat, ſiue factis, aut quacunque ratione alia prouocamus. Vt cum [a] vxor Iob patientiſsimo

1. Reg. 1. b
Pſal. 105. c
2. Macha. 14. d
Galat. 5. d
Epheſ. 6. a
Coloſſ. 3. d
a Iob 2. c

viro petulanter inſultans, quantum in ſe quidẽ erat, ſuaſit etiam Deum blaſphemare. Et Tobiæ [b] vxor æquè moroſa, maritum ſuis conuitijs frequẽter infeſtans & exaſperãs, hoc facit, vt vir anxius domeſticam iniuriam ſuſpirijs, lachrymis, & precibus ad Deum fuſis proſequi cogatur. Contra vero monet [c] Eccleſiaſticus: *Abſtine te à lite, & minues peccata. Homo enim iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittit inimicitiam.* Sic & Salomon [d] dixit: *Semper iurgia quærit malus, angelus autem crudelis mittetur contra eum.*

b Tobiæ 2. d.3.a.b
c Eccleſ.28. a.b Prouer. 5.1 c.18.a.22. b 26.c.29.d 30.d
d Prou.17. b.3.a Eſaiæ 33.a

VII.

Quando per laudationem, vel adulationem noſtram peccato alieno fœdamur?

CVM aliquem in malefactis, vel de improbitate commendamus, vel tanquam re bene geſta

Prou.24.c 27.a.28.d Pſal.140.a Eſaiæ 5. c

ſta, calcar addimus malè currenti, vt ille in prauo inſtituto pergat, a Væ autem *qui conſuunt puluillos ſub omni cubitu manus. & faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis ad capiendas animas*, vt eſt apud Prophetam, In hoc vitium incidunt nonnunquam Eccleſiaſtici b concionatores, & magiſtratus malè vulgo blandientes, dum eius licẽtiæ palàm fauent & applaudunt. Rectè autem Eſaias, c *Popule meus, qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt, & viam greſſuum tuorum dißipant.* Vnde Paulus eos iubet vitari doctores, d qui per dulces ſermones & benedictiones ſeducũt corda innocentium. *Quoniam enim* e *laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, et iniquus benedicitur, exarcerbabit Dominum peccator*, vt Regius propheta teſtatur.

Chryſho. 2 de Dauid & Saul. Cyp. de lapſis. Baſil ho. in pſalm. 61 Auguſt. in pſalm. 134. a Eze. 13 c b Hier. 14 c 23. c. d, e. f. 27. b. c. 28. d 29. b Thren. 2. c Mich. 3. b. d 3. Reg. 22. a b. c. d. c Eſaiæ 3. c 9, c, 30. b d Rõ. 16, c 2 Pet. 2. a. d Hiero. li 1. aduerſ. Pelag. & li. 2. adu. Ioui. e Pſal. 9. c. 54. d. Prou. 1. a. b, 16. d 17. c. 29 a Eccleſ. 7. a. Hie. 9. a. b c

VIII.

Quando reticentia noſtra culpa peccatum alienum in nos redundat?

Ber. de natiui. Ioan. Bapt. Gregor. 2. par- curæ paſt. ca. 4. Aug. epiſt. 109. & ho. 7. ex 50. Proſp. li. 1. de vita cōtē. c. 20 Iſidor. de ſum. bono li. 3. ca. 44. 45. & 46.

QVVM intempeſtiuum noſtrum ſilentium ſiue ſubdito, ſiue cuiuis alteri adfert detrimentum. Exempli cauſa, ſi docendi; monendi, corripiendique fratris aut populi nobis munus incumbit, & in eo interim dum prodeſſe poſſumus, ſine iuſta cauſa ceſſamus. Vnde per Eſaiam teſtatur Dominus omni Euangelizanti: [a] *Clama ne ceſſes, quaſi tuba, exalta vocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum*. Audi porro periculum in his, qui non abs re canes [b] muti latrare non valentes dicuntur: [c] *Si dicente me ad impium, dicit Dominus, morte morieris, non annunciaueris ei, neq; locutus fueris, vt auertatur à via ſua impia & viuat, ipſe impius in iniquitate ſua morietur. ſanguinem autem eius de manu tua requiram*. Adeo neceſſariũ [d] eſt obſeruatu quod Paulus non ſine

a Eſa. 58. a Hier. 23. e 26. a. 50. a Ionæ 1. a 1 Cor. 9. c b Eſa. 56. d c Ezech. 3. d e. f. & 33. a b. & ibidē Hiero. Itē Grego. ho 11. in Ezec. Eſaiæ 6, b d Heb. 4.

ſine graui obteſtatione poſtulat. d *Prædica verbum, inſta opportunè, importunè, argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina.* Tum idem alibi, e *Peccantes*, inquit, *coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant.*

d 2.Tim. 4.a Tit.1.c.d 2.d Chryſ. ho. 6.in ep. ad Philip. e 1.Tim.5 c Leuit.19. c

XI.

Quando noſtra conniuentia alienis criminibus implicamur?

QVOties id, quod facultate vel authoritate noſtra emedari vindicariqué poteſt, & debet. nos tamen impunitum & in peius abire ſinimus.

Hieron. ad Ripar. epiſt 53. Auguſt. in pſalm. 50. de ſerm. 15. de verb. Domini. Chryſo. oratione 1. contra Iudæos.

Aug. ſerm. 15. & 16. de verb. dom, Amb. ſer. 8 in pſal. 118. Orig. ho. 9. in Hier.

Ita peccant magiſtratus, cum gladium fruſtrâ portant, neque quod dicuntur, a miniſtri DEI ſunt & vindices in iram, his, qui agunt ſceleratè, vel ſeditiosè, Hoc modo

a Ro.13. b Sap.6 a.b Pſalm.2.c Aug. 2. Re tract, ca, 5. ep, 48. & 50 & 204. Itē tract. 11. in Euang. Ioan. Bern. ferm. 66. in Cant.

b 1. Reg. 15. d Iud. 20. b. c Nu. 25. a. b

modo â Rege Saul b peccatum fuit, cum aduerſus Dei mandetum clementior eſſet ac parceret hoſtibus Amaluchitis. Peccatum idem ab Achab rege admiſſum eſt, quãdo Benadab regem Syriæ in gratiam recepit: vnde nec ſeueram ita comminantis Prophetæ ſentẽtiam effugit: c *Hæc dicit Dominus: Quia dimiſiſti virum dignum morte de manu tua erit anima tua pro anima eius. & populus tuus pro populo eius.* Eodem referri poteſt, quod Apoſtolus Corinthijs præcipit: d *Auferte malum ex vobis ipſis. Neſcitis quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit? Expurgate vetus fermentum.*

c 3. Reg. 20, g

d 1. Corin. 5. d Exo. 22. c Deut. 13, a b. c. d. 17. c. 18, d 3. Reg. 18. d Hiero. in cap. 5. ad Galat. Gregor. li. 12. ep ſt 31.

e Aug. in pſalm. 50, Greg. 4. dialog. ca. 18. Chry. ho. 9 in 1. ad Timoth.

Secundo hic peccant e Patres & matresfamiliâs, heri & præceptores, dum ſibi concreditos nimia diſsimulatione, & indulgentia quadam in educando perdunt, &

& negligentia,ſocordiaque ſua in Ephe.6.a
diſcrimen permittunt adduci. Sic Heb.12. b
paternæ prorſus indulgentiæ cul Prou.12.b
pa deprauatos legimus filios f He 13.d.22. c
li,qui idcirco immodicæ lenitatis 23.b.29.c
ſuæ pœnas graues dedit, Eccl.7.c.22
a.30.a. b

Hic etiam addi poteſt pecca- f1.Reg.3.c
tum, quod vocari ſolet Omiſsio 4.d.
fraternæ g correptionis,admoni- 3.Reg.1.a
tionis, ve! reprehenſionis. Quan- g Prou.9.b
doquidem Chriſtus quoq; ſemel 15.b.25.b
atque iterũ, & tertio corripien- 27.a.28.d
dum eſſe fratrem monuit,vt pec- 29.a Eccl.
cantem illum h lucrifaciamus. 7.a.Eccl.7.
Quanquam alij diſtinguũt inter b.10.d.11.a
huiuſmodi omiſsionem & prio- 19.b.c.20.a
rem,de qua diximus, conniuenti- Pſal.140.a
am, vt duos alieni peccati modos Coloſſ.1. d
ex hiſce conſtituant. 1.Theſſ.5, c
2.Theſſ.3.d
1.Tim.5.d
2.Tim.2. d

X. 4 a.Tit.1 b, c.2.d h Mat.18. b

Quid eſt Participatione alienum peccatum contrahere? Tob 2. d
Prou.1.b
27 d

ID maximè fit, quando in par- Num.16.d
tem lucri cum furibus, ſiue ra- Eccl.5.a
ptorib9 venimus: cum itidẽ bona 2.Par.20.g

Grego. Tiron. in glo. riã confeſ. ca. 63, & 71 Item li. 1. de gloria marty. ca, 36. 72. & 79 & li. 2. c. 13, 14. 15, 16. 17 & 20. Theod. li, 3 hiſto. ca. 11, & 12. Victor. lib. 2. perſecu. Vuandal. Ioſuæ 7. d Dani. 5. a. f 2. Machab. 3. a. c. g. 5. c d. 5. a. b in pſal. 129

iniuſtè parta, vel quouis modo aliena nobis vnâ cum alijs ſcienter vendicamus aut retinemus: cum inſuper ſpolijs alienis diteſcimus. Quo pertinere videtur, quod Pſalmographus dixit, a cum furibus ipſis currere, & cum adulteris portionem habere. Sic & Eſaias obijcit populo Iudaico: b *Principes tui infideles, ſocij furum, omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones.* Grauius adhuc delinquũt, qui lucrum ſibi ex aliena c turpitudine apertè parant, vt Lenones, quiue latronibus, & notæ turpitudinis vel factionis hominibus præbere audent hoſpitium & locum, quo ſe illi, aut ſua recipiant.

1. Machab. 6. b. a Pſalmmo, 49. c. Aug, b Eſaiæ 1, f c Deut, 23, c

XI.

Quomodo alienum peccatum noſtra defenſione committimus?

CVM aut malefactoribus patrocinamur, aut doctrinam al-

terius

terius quãuis peruerſam & impiam tuemur, vel ſpargimus, quum noſtra itidẽ cura vel opera, quod contra fas & æquum inſtituitur, promouere atque propugnare cõtendimus. Aduerſus hos diuinum intonat oraculum: a *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.* Ac rurſus: b *Non ſequeris turbam ad faciendum malũ: nec in iudicio plurimorum acquieſces ſententiæ, vt à vero deuies.*

a Eſaiæ 5. c.10.a

b Exo. 23. a

Hæc ſatis de peccatis, vt vocant, alienis, quæ nunc profectò longè lateque patent, & ſumma quotidiè licentia, â magnatibus præſertim, perpetrantur. Adeoq; vulgo ea non cauentur, vt plerique peccata nõ eſſe putent ac floccipendãt, etiam ſi ſuas & aliorum ſæpe conſcientias his criminum ſordibus conſpurcent, ac perpetuis pœnis obligent. Poſſunt autem

dictæ ſpecies omnes in tria ferè genera conijci, breuiterque, vt Magnus Baſilius c oſtendit, comprehēdi. Quod enim in alieni erroris, vel peccati ſocietatem incidimus, id fit aut re & opere, aut voluntate certoue animi propoſito tantùm: aut ſupina negligentia, ſi quando admonendi & emēdandi officio noſtro alij defraudantur.

c. Baſil. li. 2 de Baptiſ. cap. 9.

Sed longè omnium deterrimū peccandi genus eſt, quo delinquitur in Spiritum ſanctum.

DE PECCATIS IN SPIRITVM SANCTVM.

I.

Quid eſt peccatum in Spiritum ſanctum?

Vide S. Thomā in 2. 2. quæſt. 14.

EST, oblatam Dei munificentiam & gratiam, quæ Spiritui ſancto ceu fonti bonorum tribui peculiariter ſolet, ex malitia con-

contemptim abijcere. Atque hoc
eſt peccare inexpiabiliter, vt iux-
ta CHRISTI verbum,* nec in *Mat. 12. c
hoc ipſo, neque in futuro ſęculo Marci 3. d
talis tantiq́ue peccati remiſsio im Lucæ 12. b
petretur. Hac enim lege nobiſ-
cum agit Deus, vt nec gratiam in
terris, neque gloriam in cælis tri-
buat alijs, quàm qui peccatum de-
teſtantur agnitum, & præter id
bonum ſibi proponunt, rectum-
q́ue eligunt vitæ inſtitutum. Cæ-
terum in hiſce peccatis abeſt tum
peccati deteſtatio, tũ boni, quod
ſectandum erat, electio, & abijci-
tur præterea id, quo Spiritus ſan-
ctus pro ſua gratia hominẽ â pec-
cãdo ſolet reuocare. Hinc fit, vt e-
iuſmodi peccatis implicati, Dei
gratiã aut nunquã, aut raro & æ- * Matth.
grè admodum conſequantur. Pec 26. g
catur enim non ex humana imbe- Vide Gre-
cillitate vel fragilitate: quod vo- gor. lib. 25
cant peccare in Patrem Patriſq́; moral. c. 16
potentiã, vt in * Petro Apoſtolo

Chriſtum ipſum negante cernimus: neque rurſus ex ignorantia; quod eſt peccare, vt appellant. in Filium Filijque ſapientiam, ſicut

*1. Tim, 1.c. Actor. 9. a

* Saulo accipit Eccleſiam perſequenti: ſed quod longe grauius eſt, ex malignitate & peruicacia mẽtis peccatur. vt exemplo prębent peruerſiſsimi & obſtinatiſsimi illi Phariſæi.

II.

Quod ſunt peccata in ſpiritum ſanctum?

Eiuſmodi ſex recenſentur, vt vulgo quidem recepta ſunt eorum hæc nomina: Præſumptio de miſericordia Dei, vel de impunitate peccati, Deſperatio, Agnitæ veritatis impugnatio, Fraternæ charitatis inuidentia, Obſtinatio, & Impœnitentia. Significantius autem erit, ſi quis ita numeret.

I. Diuina miſericordia confidenter abuti.

II. De gratia Dei vel ſalute ſua prorſus deſperare.

III. Veritatem Religionis aduerſus ſuam ipſius conſcientiã hoſtiliter oppugnare.

IIII. Pertinaci inuidia concitari grauiter ob alienæ ſalutis & virtutum fraternarum ſucceſſum.

V. Obfirmato animo in crimine ſcienter perſiſtere.

VI. Abſque pœnitentiæ propoſito peruerſæ vitæ finem nullum facere,

III.

Quænam Præſumptio facit peccatum in Spiritum ſanctum?

EA, * quæ hominem ſola Dei miſericordia confidentem, & ad peccandum audacem facit, ſepoſita videlicet ac abiecta omni iuſtitiæ timoriſque diuini ratione.

* Greg. in ca.3.lib.1. Regum, & li.33.moraliũ ca.15. Itẽ li.6.ca. 22.Aug. Et vel Fulgẽt. de fide ad Petrum capite 3. Bernard. ſerm.38. ex paruis ſermonibus,

QVVM intempeſtiuum noſtrum ſilentium ſiue ſubdito, ſiue cuiuis alteri adfert detrimentum. Exempli cauſa, ſi docendi, monendi, corripiendiq́ue fratris aut populi nobis munus incumbit, & in eo interim dum prodeſſe poſſumus, ſine iuſta cauſa ceſſamus. Vnde per Eſaiam teſtatur Dominus omni Euangelizanti: a *Clama ne ceſſes, quaſi tuba, exalta vocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum*. Audi porro periculum in his, qui non abs re canes b muti latrare non valentes dicuntur: c *Si dicente me ad impium, dicit Dominus, morte morieris, non annunciaueris ei, neq; locutus fueris, vt auertatur à via ſua impia & viuat, ipſe impius in iniquitate ſua morietur. ſanguinem autem eius de manu tua requiram.* Adeo neceſſariũ d eſt obſeruatu quod Paulus non ſine

Ber. de natiui. Ioan. Bapt. Gregor. 2. par. curæ paſt. ca. 4. Aug. epiſt. 109. & ho. 7. ex 50. Proſp. li. 1. de vita cõtẽ. c. 20 Iſidor. de ſum. bono li. 3. ca. 44. 45. & 46.
a Eſa. 58. a Hier. 23. c 26. a. 50. a Ionæ 1. a 1. Cor. 9. c
b Eſa. 56. d
c Ezech. 3. d e. f. & 33. a b. & ibidẽ Hiero. Itẽ Grego. ho 11. in Ezec.
Eſaiæ 6. b
Hebr. 4. d

ſine graui obteſtatione poſtulat. d 2.Tim. 4.a
d *Prædica verbum, inſta opportunè, importunè, argue, obſecra, increpa in* Tit.1.c.d
omni patientia & doctrina. Tum 2.d
idem alibi, e *Peccantes*, inquit, *co-* Chryſ. ho. 6.in ep. ad
ram omnibus argue, vt & cæteri timo Philip.
rem habeant. e 1.Tim.5 c

XI. Leuit.19. c

Quando noſtra conniuentia alienis criminibus implicamur? Aug. ſerm. 15. & 16. de verb. dom.

QVOties id, quod facultate vel authoritate noſtra emedari vindicarique poteſt, & debet. nos tamen impunitum & in peius abire ſinimus. Amb. ſer. 8 in pſal. 118. Orig. ho. 9. in Hier.

Hieron. ad Ripar. epiſt 53. Auguſt. in pſalm. 50. de ſerm. 15. de verb. Domini Chryſo. oratione 1. contra Iudæos.

Ita peccant magiſtratus, cum a gladium fruſtrâ portant, neque quod dicuntur, a miniſtri DEI ſunt & vindices in iram, his, qui agunt ſceleratè, vel ſeditiosè, Hoc modo

a Ro.13. b Sap.6 a.b Pſalm.2.c Aug.2. Re tract.ca,5. ep,48. & ,50 & 204. Itē tract.11. in Euang. Ioan. Bern. ſerm. 66. in Cant.

b 1. Reg. 15. d modo â Rege Saul b peccatum fuit, cum aduerſus Dei mandetum clementior eſſet ac parceret h oſtibus Amaluchitis. Peccatum idem ab Achab rege admiſſum eſt, quã- do Benadab regem Syriæ in gratiam recepit: vnde nec ſeueram ita comminantis Prophetæ ſentẽtiam effugit: c *Hæc dicit Dominus: Quia dimiſiſti virum dignum morte de manu tua erit anima tua pro anima eius. & populus tuus pro populo eius.* Eodem referri poteſt, quod Apoſtolus Corinthijs præcipit: d *Auferte malum ex vobis ipſis. Neſcitis quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit? Expurgate vetus fermentum.*

Iud. 20. b. c
Nu. 25. a. b
c. 3. Reg. 20. g
d 1. Corin. 5. d
Exo. 22. c
Deut 13. a
b. c. d. 17.
c. 18. d 3. Reg. 18. d Hiero. in cap. 5. ad Galat. Gregor. li. 12. epiſt 31.
e Aug. in pſalm. 50. Greg. 4. dialog. ca. 18. Chry. ho. 9 in 1. ad Timoth.

Secundo hic peccant e Patres & matresfamiliâs, heri & præceptores, dum ſibi concreditos nimia diſsimulatione, & indulgentia quadam in educando perdunt, &

& negligentia, ſocordiaque ſua in diſcrimen permittunt adduci. Sic paternæ prorſus indulgentiæ culpa deprauatos legimus filios [f] Heli, qui idcirco immodicæ lenitatis ſuæ pœnas graues dedit,

Hic etiam addi poteſt peccatum, quod vocari ſolet Omiſsio fraternæ [g] correptionis, admonitionis, vel reprehenſionis. Quandoquidem Chriſtus quoq; ſemel atque iterũ, & tertio corripiendum eſſe fratrem monuit, vt peccantem illum [b] lucrifaciamus. Quanquam alij diſtinguũt inter huiuſmodi omiſsionem & priorem, de qua diximus, conniuentiam, vt duos alieni peccati modos ex hiſce conſtituant.

Ephe.6.a Heb.12.b Prou.12.b 13.d.22.c 23.b.29.c Eccl.7.c.22 a.30.a.b f 1.Reg.3.c 4.d. 3.Reg.1.a g Prou.9.b 15.b.25.b 27.a.28.d 29.a Eccl. 7.a. Eccl.7. b.10.d.11.a 19.b.c.20.a Pſal.140.a Coloſſ.1.d 1.Theſſ.5.c 2.Theſſ.3.d 1.Tim.5.d 2.Tim.2.d 4.a. Tit.1 b, e.2.d h Mat.18.b Tob 2.d Prou.1.b 27 d Num.16.d Eccl.5.a 2.Par.20.g

X.

Quid eſt Participatione alienum peccatum contrahere?

ID maximè fit, quando in partem lucri cum furibus, ſiue raptorib⁹ venimus: cum itidẽ bona

Grego. Tiron. in glo. riã confeſ. ca. 63, & 71 Item li. 1. de gloria marty. ca, 36. 72. & 79 & li. 2. c. 13, 14. 15, 16. 17 & 20. Theod. li, 3 hiſto. ca. 11, & 12. Victor. lib. 2. perſecu. Vuandal. Ioſuæ 7. d Dani. 5. a. f 2. Machab. 3. a. c. g. 5. c d. 5. a. b in pſal. 129

iniuſtè parta, vel quouis modo aliena nobis vnâ cum alijs ſcienter vendicamus aut retinemus: cum inſuper ſpolijs alienis diteſcimus. Quo pertinere videtur, quod Pſalmographus dixit, a cum furibus ipſis currere, & cum adulteris portionem habere. Sic & Eſaias obijcit populo Iudaico: b *Principes tui infideles, ſocij furum, omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones.* Grauius adhuc delinquũt, qui lucrum ſibi ex aliena c turpitudine apertè parant, vt Lenones, quiue latronibus, & notæ turpitudinis vel factionis hominibus præbere audent hoſpitium & locum, quo ſe illi, aut ſua recipiant.

1. Machab. 6. b. a Pſalmmo, 49. c. Aug. b Eſaiæ 1, f c Deut. 23. c

XI.

Quomodo alienum peccatum noſtra defenſione committimus?

CVM aut malefactoribus patrocinamur, aut doctrinam alterius

terius quãuis peruerſam & impiam tuemur, vel ſpargimus, quum noſtra itidẽ cura vel opera, quod contra fas & æquum inſtituitur, promouere atque propugnare cõtendimus. Aduerſus hos diuinum intonat oraculum: a *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.* Ac rurſus: b *Non ſequeris turbam ad faciendum malũ: nec in iudicio plurimorum acquieſces ſententiæ, vt à vero deuies.*

a Eſaiæ 5.c.10.a

b Exo.23.a

Hæc ſatis de peccatis, vt vocant, alienis, quæ nunc profectò longè lateq́ue patent, & ſumma quotidiè licentia, â magnatibus præſertim, perpetrantur. Adeoq; vulgo ea non cauentur, vt plerique peccata nõ eſſe putent ac floccipendãt, etiam ſi ſuas & aliorum ſæpe conſcientias his criminum ſordibus conſpurcent, ac perpetuis pœnis obligent. Poſſunt autem

dictæ ſpecies omnes in tria ferè genera conijci, breuiterque, vt

c.Baſil.li. 2 de Baptiſ. cap. 9.

Magnus Baſilius c oſtendit, comprehẽdi. Quod enim in alieni erroris, vel peccati ſocietatem incidimus, id fit aut re & opere, aut voluntate certoue animi propoſito tantùm: aut ſupina negligentia, ſi quando admonendi & emẽdandi officio noſtro alij defraudantur.

Sed longè omnium deterrimũ peccandi genus eſt, quo delinquitur in Spiritum ſanctum.

DE PECCATIS IN SPIRITVM SANCTVM.

I.

Quid eſt peccatum in Spiritum ſanctum?

Vide S. Thomã in 2.2. quæſt. 14.

EST, oblatam Dei munificentiam & gratiam, quæ Spiritui ſancto ceu fonti bonorum tribui peculiariter ſolet, ex malitia con-

contemptim abijcere. Atque hoc eſt peccare inexpiabiliter, vt iuxta CHRISTI verbum,* nec in hoc ipſo, neque in futuro ſęculo talis tantiq́ue peccati remiſsio impetretur. Hac enim lege nobiſcum agit Deus, vt nec gratiam in terris, neque gloriam in cælis tribuat alijs, quàm qui peccatum deteſtantur agnitum, & præter id bonum ſibi proponunt, rectumq́ue eligunt vitæ inſtitutum. Cæterum in hiſce peccatis abeſt tum peccati deteſtatio, tũ boni, quod ſectandum erat, electio, & abijcitur præterea id, quo Spiritus ſanctus pro ſua gratia hominẽ â peccãdo ſolet reuocare. Hinc fit, vt eiuſmodi peccatis implicati, Dei gratiá aut nunquá, aut raro & ægrè admodum conſequantur. Peccatur enim non ex humana imbecillitate vel fragilitate: quod vocant peccare in Patrem Patrisq́; potentiá, vt in * Petro Apoſtolo

*Mat. 12. c Marci 3. d Lucæ 12. b

* Matth. 26. g Vide Gregor. lib. 25 moral. c. 16

 Chri-

Chriſtum ipſum negante cernimus: neque rurſus ex ignorantia, quod eſt peccare, vt appellant. in Filium Filijque ſapientiam, ſicut * Saulo accipit Eccleſiam perſequenti: ſed quod longe grauius eſt, ex malignitate & peruicacia mẽtis peccatur. vt exemplo prębent peruerſiſsimi & obſtinatiſsimi illi Phariſæi.

*1. Tim, 1.c. Actor. 9. a

II.

Quod ſunt peccata in ſpiritum ſanctum?

EIuſmodi ſex recenſentur, vt vulgo quidem recepta ſunt eorum hæc nomina: Præſumptio de miſericordia Dei, vel de impunitate peccati, Deſperatio, Agnitæ veritatis impugnatio, Fraternæ charitatis inuidentia, Obſtinatio, & Impœnitentia. Significantius autem erit, ſi quis ita numeret.

I. Diuina miſericordia confidenter abuti.

II. De gratia Dei vel ſalute ſua prorſus deſperare.

III. Veritatem Religionis aduerſus ſuam ipſius conſcientiã hoſtiliter oppugnare.

IIII. Pertinaci inuidia concitari grauiter ob alienæ ſalutis & virtutum fraternarum ſucceſſum.

V. Obfirmato animo in crimine ſcienter perſiſtere.

VI. Abſque pœnitentiæ propoſito peruerſæ vitæ finem nullum facere,

III.

Quænam Præſumptio facit peccatum in Spiritum ſanctum?

EA, * quæ hominem ſola Dei miſericordia confidentem, & ad peccandum audacem facit, ſepoſita videlicet ac abiecta omni iuſtitiæ timorisque diuini ratione.

* Greg. in ca.3.lib.1. Regum, & li.33.moraliũ ca.15. Itẽ li.6.ca. 22.Aug. Et vel Fulgẽt. de fide ad Petrum capite 3. Bernard. ſerm.38. ex paruis ſermonibus,

Et ſic ſanè peccant hodie complures, qui ſola [a] fide in Chriſtũ ſibi blandiẽtes, vel in medijs peccatorum ſordibus, [b] vt iumenta, computreſcũt, nec ſibi ſolùm, ſed alijs itidem polliceri audent [c] ſecuritatem, modò meritis Chriſti & Dei gratię per fidem apprehẽſę fidant, quantumuis interim pœnitentiæ [d] fructus negligantur.

a Aug. de fide & operib. c. 14. & 22. in Enchir. d. ca. 67. & hære. 54. Hiero. in ca. 4. Oſeæ.
b Ioël 1. d
c 2. Pet. 2. d Eccle. 8. c Conc. Trident. ſeſſ. 6 c. 9. canon. 12. 13. 14. Hieron. in ca. 4. Danielis.
d Lucæ 13. a Matt 3. b Actorum 16. c

Horum verò ſingulis acclamat gentiũ doctor in fide & veritate Paulꝰ: [e] *An diuitias*, inquit, *bonitatis Dei, & patientiæ, & longanimitatis cõtemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?* Quamobrem idẽ Paulus alibi fidẽ ſolam [f] adeò iactari non vult, vt etiam credẽtes omnes iubeat cum metu [g] ac tremore ſalutem ſuam

Eccleſiaſt. 2. d e Roman. 2. a Eccleſiaſt. 8. b Eccleſiaſt 15. d Aug. tract. 33. in Ioan. & hom. 50 ex 50. cap. 10. Iſido. de ſummo bono lib. 2. cap. 13. f 1. Corint. 13. a g Philip. 2. b Pſalmo 2. c Prouer. 28. c Roman. 11. c 1. Corint. 4. a. 10. c

ſuam operari: Fidemque cõmendat, non mortuam, vt [h] Iacobus vocat, ſed viuam & efficacẽ, quæ per [a] charitatem legitimè operatur. Contra hoc enorme peccatum ſic Eccleſiaſticus clamat : [b] *De propitiato peccato noli eſſe ſine metu, neque adÿcias peccatum ſuper peccatum. Et ne dicas, Miſeratio domini magna eſt, multitudinis peccatorũ meorum miſerebitur. Miſericordia enim, & ira ab illo citò proximant, & in peccatores ira illius reſpicit.* Rectè igitur Propheta: c *Miſericordiam & iudiciũ cantabo tibi domine.* Tum alibi: [d] *Honor Regis iudicium diligit.*

h Iac. 2. c. d a Gal. 5. a b Eccleſia. 5. a. b Eccleſiaſt. 9. a Vide Aug. de perfect. iuſtitiæ, reſponſ. 19. Item de correptione & grat. ca. 13. & hom. 41. ex 50. & ſer. 3. de Innocẽtib. Greg. li. 16. moral. c. 31. & ſer. in cant. 98. a

c Pſal. 100. a Bern. ſer. 52. ex paruis, & Aug. de vtilit. pœnit. ca. vlt. d Pſalm.

IIII.

Quomodo peccatur in Spiritum ſanctum deſperatione?

Aug. ſer. 58. de temp. & hom. 21. ex 50. Greg. li. 8. moral. c. 14

CVM præſumptioni, de qua dictum eſt, contrarium prorſus vitiũ acceſſerit, vt omnem ſpem

abijciat

abijciat homo vel impetrandæ apud Deum veniæ, vel ſalutis æternæ conſequendæ.

Iſido.li.2. de ſummo bono c. 14. Chryſ. ho. 2. in pſalm. 50. Bern. ſerm.5.de nata dom. a Gen.4.b Bern.ſer.11. ſup. cantic. b Mat. 27.a Acto.1. c Epheſ.4. d 2.Reg.2.f c Ezec. 18.e f g.33.c.d 1. Ioannis. 1.c.d.2.a

Hoc modo peccauit deſperando Cain, vt ſua ipſe voce teſtatur cum inquit, a *Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merar*. Peccauit & b Iudas Chriſti proditor, cum ſalutis deſperatione commotus, vitã laqueo ſibi infelix abrupit. c Atqui nulla nimis eſt ſera homini pœnitentia, vti d latronis exemplo demonſtratur, qui in cruce extremiſque vitæ ſpacijs Chriſti ingentem gratiã & cœleſtem gloriam eſt conſecutus.

Hierem.3.a Eſaiæ 1. c Pſalmo. 144. b Eccleſiaſt. 17.d d. Lucæ 23. f. Aug. lib. 1. retract. cap.19. Item de correp. & gratia cap. 15. & ſerm. 181. de tempore ca. 16. Leo epiſt. 91. ad Theod. Concil. Trident. ſeſſ.14. cap.7.

V.

Quando veritatem impugnans peccat in Spiritum ſanctum?

QVum de Fidei & Religionis negotio veritas non ex ignoran-

rantia, ſed malitia ſtudioſè oppugnatur, vt hinc veritatis Catholicæ lædatur ſinceritas. Leo epi. 10. ad Flauiã. cap. 1.

Auguſt. de Gene. ad lit. lib 7. ca. 9. Et tractat. 18. in Euang. Ioan. Item de vtilit. creden. cap. 1. & li. 18. de ciuitate Dei ca. 52. & lib. 12. ca. 25.

Huic peccato Phariſæi a obnoxij erant, quibus vel præcipuè videmus curę fuiſſe, tam malignè quàm falsò blaſphemare Chriſtũ, inſectari doctrinam euangelij, teſtimonium b Apoſtolorũ ſupprimere, idque contra ſuã ipſorum conſcientiam. His non ſunt abſimiles, qui à Propheta dicũtur ſedentes c in Cathedra peſtilentię, à Petro d autem magiſtri mendaces, qui introducunt ſectas perditionis, à Paulo e demum vocantur Hæretici, homines f corrupti mente. reprobi circa fidẽ, g attẽdentes ſpiritib⁹ erroris, ſubuerſi, & ſuorum ipſorum h iudicio cõdemnati. Quibus annumerari poteſt ſeductor Elymas, quam Paulus

a Mat. 12. b 15. a. 21. d 22. b Ioan. 7. g 12. b

b Acto. 4. d 5. d

c Pſal 4. a

d 2. Pet. 2. a

e Tit. 3. c

f 2. Tim. 3. b

g 1. Tim. 4. a

h Tit. 3. c

lus palàm obiurgãs, mira cum ve-
a Act.13 b hementia dixit: a *O plene omni do-
lo & omni fallacia, fili diaboli, inimi-
ce omnis iuſtitiæ, non deſinis ſubuerte-
re vias domini rectas.*

Refertur ad hanc quoq; claſ-
b Mat. 12. ſem blaſphemia b Spiritus: quod
peccatum Chriſtus in Iudęis ma-
gnoperè taxat, ac reliquis pecca-
tis deteriꝰ facit. Atq; vtinam mo-
dò hic non peccaretur. Nã blaſ-
phemant Spiritum ſanctum & il-
c Apud Gratianum 25. quæſt. 1. ca. violatores. li, vt ſcribit c Damaſus, qui con-
tra ſanctos Patrũ canones Spiri-
tus ſancti inſtinctu dictatos libẽ-
ter aliquid aut proteruè agũt, aut
loqui præſumunt, aut facere vo-
lentibus ſpontè conſentiunt. Ta-
lis enim præſumptio manifeſtè
vnũ genus eſt blaſphemiarum in
Spiritum ſanctum. Sic Damaſus.

VI.

*Quomodo inuidentia fraternæ gra-
tiæ peccatum eſt in Spiritum
ſanctum?*

QVando dolemus ac triſtamur grauiter de ſplendore augmētoue virtutum, donorumque Dei, quibus frater eſt conſpicuus. Aug. lib. 1. de ſer. domini in monte ca. 43. & 44. & 1. tract. ca. 19.

Quod crimen non tam hominis videtur eſſe proprium, quàm Sathanę, a qui Dei gratiam in homine tum augeri, tum conſeruari fert impatientiſsimè: & idcirco nō modò fratrum b accuſator, verumetiam Dei & bonorū omnium implacabilis eſt c aduerſari9, qui tāquam leo rugiēs circumit, quærens quem deuoret. Sathanæ filij ex Iudæis fuêre, qui naſcentem Euangelij gratiam omnino gentibus inuidebant, vt in Actis d apoſtolicis legimus. a Sap. 2. d b Apocal. 12. c c 1. Pet. 5 c. d Acto. 11. a. 17. g. d Genc. 4.

VII.

Quæ obſtinatio facit peccatum in Spiritum ſanctum?

EA nimirū, quæ obfirmatum planè animum adfert aduerſus benè monētē, vt nullis quidē ratio- Aug. in enchirid. c. 83. & in pſal. 58. cōci. 1. Greg. ho. 11. ſup. Ezech.

Bern. lib. 1. de conſid. & in ſerm. de conuerſione ad clericos cap. 4.

rationibus ab inſtituto damnabili ſe deflecti quis patiatur.

a Exo 7. & deinceps Aug. quæ. 18. & 24. ſuper Exodũ & ſerm. 88. de temp. Gregor. 31. moral. c. 11. & li. 11. c. 5.

b Exo. 14. g

c Hierem. 5. a g. b Eſaiæ 48. a Zach. 7 c Gene. 49. a

d Acto. 7. f

e Pſal. 57. a

Fuit hoc peccato inſigniter obſtrictus Rex a Pharao, qui etſi toties moneretur à Moſe, & ſubinde flagellis Dei grauiſsimis affligeretur: tamẽ in propoſito tyrannico perſtitit, & perijt b obſtinatꝰ. Nota eſt Iudæorũ inuicta c pertinacia, quos ſuis veluti coloribus depingens Stephanꝰ, d *Dura ceruice*, inquit, *& in circumciſi cordibus & auribꝰ, vos ſemper Spiritui ſanctos reſtitiſtis*. Nec ſunt diſsimiles hodie, qui nouis addicti ſectis, ne audire quidẽ aut legere ſuſtinent Catholicè docentem, quaſi e aſpidum inſtar occluſis illi cõtra dulcem melodiam, id eſt, ſanam Eccleſiæ doctrinam auribus, dicere

f Iob. 21. b

videantur, f *Recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus*. Quod nihil aliud eſt, quàm vt Paulus lo-

g Rom. 2. a

quitur, g ſecundum duritiam & impœ-

impœnitens cor theſaurizare ſibi iram in die irę, & reuelationis iuſti iudicij Dei. Nam vt Salomon quoque docet,[h] *Viro qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus eius ſuperueniet interitus, & eum ſanitas non ſequetur.* h Prouer. 29.a Bern. ſer. 41. in cãtic.

VIII.

Quando peccatum Impœnitentia committitur?

CVM homo peccatorũ ſuorũ, quæ ſalutari pœnitentia expianda forẽt, finem modumque nullum facit, ac proponit inſuper ſe nolle vnquã pœnitentiam agere. Augu. de verb. dom ſerm. 11. & epi. 50. ad Bonifac. Gela. in tomo de anathematis vinculo.

Talium certè, qui deploratè peccatores ſunt, ac manere volũt, vita iuxta ac mors a peſsima eſt, quum illi ſi non verbis, ac re ipſa dicere videantur, b *Percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.* Ac de his etiam dictum accipi poteſt, quod Ioannes a. Pſal. 33. d b Eſaiæ 28. d 3. b Pſal. 51. a Prouer. 2. c

teſta-

c 1.Ioã. 5. d teſtatur, c *Eſt peccatum ad mortem: non pro illo dico vt roget quis.*

Aug. de correp. & gratia c. 12. & 1. Retra. ca. 19.

Hæc dicta ſint hactenus de peccatis in Spiritum ſanctum, grauiſſimis illis quidem, & quæ aut nũquam, aut ægrè admodum à Deo homini remittuntur. Quapropter aduerſus ea ſæpè nos ipſos munire, & alios confirmare debemus, vt obſeruetur illud: d *Nolite contriſtare, nolite exſtinguere Spiritum Dei:* e *Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra. Non* f *obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Cor* g *enim durum, habebit malè in nouiſſimo.* Nunc porrò ad peccata, quę & ipſa non parum enormia ſunt, & in cœlum clamantia dici ſolent, accedamus.

d Ephe. 4. g
1. Theſſ. 5. c
e Pſal. 94. b
f Heb. 3. c
g Eccle. 3. d

(.·.)

DE

DE PECCATIS IN CAELVM CLAMANTIBVS.

I.

Quæ dicuntur peccata in cœlum clamantia?

EA, quæ præ cæteris inſignẽ & manifeſtam improbitatẽ habere noſcuntur, diuinam-que irã & vltionem inſigniter ac-cerſunt ijs, à quib⁹ cõmittuntur. Aug. in enchir. ca. 18. & li. annotat in Iob. ca. 30. & li. 1. locut. de Geneſ. cap. 60. & quæſt. 5. ſup. Exod. Gregor. 3. par. curæ paſt admon. 32 & in 2. pſal. pœniten.

Eiuſcemodi quatuor é ſcriptura numerantur, a Homicidiũ voluntariũ, Peccatum b Sodomiticum, Oppreſsio c pauperum, & Merces d opariorũ defraudata.

a Gen. 4. b
b Gen. 18. c
c Exo. 22. d
d Deu. 24. c
Iacob 5. a

II.

Quomodo ſcriptura vindicari docet homicidium voluntarium?

GRauiter ſanè, quemadmodũ hiſce verbis Deus oſtendit, quib⁹ Cain primum increpat homici-

Vide conc. Ancyr. c. 22 Epaunenſ. can. 31. Triburienſe canon. 54. & ſequent.

mici-

a Gen.4.b cidam: a *Quid feciſti?* inquit, *Vox*
Amb.li.2. *ſanguinis fratris tui clamat ad me de*
de Cain & *terra. Nunc igitur maledictus eris ſu-*
Abel ca.9. *per terram.* Et alibi vox diuina te-
b Gen.9.a ſtatur: b *Quicunque effuderit huma-*
Exo.21.b. c *num ſanguinem, fundetur ſanguis il-*
Leuit. 24.c *lius. Ad imaginem quippe Dei factus*
Num.35.b *eſt homo.* Concinit c Pſaltes Regi-
c.d us: *Viri ſanguinum non dimidiabunt*
Deut.19. *dies ſuos.* Summum enim hoc ſce-
a.b.c lus eſt, & atrociſsimam proximo
1.Ioan.3.c iniuriam adfert, qui vitam ei adi-
c Pſal. 54. d mit abſq; legitima d authoritate.
d Aug. l.22 Vnde à Chriſto etiam dictum eſt.
cōt. Fauſt. e *Omnes qui acceperint gladium, gla-*
ca.70. *dio peribunt.*
e Mat.26.c
& Apoca.
13.c

III.

Quid verò de Sodomitico peccato, eiuſ-
q́; punitione ſcriptum extat?

a Gen.13.c HOMINES *Sodomitæ*, inquit,
b 2. Petri a ſcriptura, *peßimi erant, pec-*
2.b.c *catores coram Domino nimis.* Ne-
c Rom.1.d fandum hoc & flagitioſum pecca-
1.Tim.1.b tum b Petrus & c Paulus coargu-
Ephe. 5. b.c unt:
Iudic.19.e
f.20.g

unt: tum natura ipſa execratur; Scriptura vero tanti flagitij magnitudinem his etiá verbis declarat: [d] *Clamor Sodomorum & Gomorrhaeorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis.* Vnde ad Loth iuſtum & ab infandis [e] Sodomitarum ſtupris maiorem in modũ abhorrentẽ, ſic angeli loquuntur, [f] *Delebimus locum iſtum, eò quòd increuerit clamor eorum coram Domino, qui miſit nos, vt perdamus illos.* [g] *Igitur Dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorrhã ſulphur, & ignem à Domino de cælo, & ſubuertit ciuitates has, & omnem circa regionem.* Neque tacet ſcriptura cauſas, quę ad hoc pergraue peccatũ Sodommitas impulerũt, & alios itidẽ permouerę poſſunt. Sic enim legimꝰ apud [h] Ezechielem: *Eccè hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & ocium ipſius & filiarum eius: & manum egeno & pauperi*

d Gen. 18. c

e 2. Pet. 2. c

f Gen. 19. c

g Ibidem d & Sap. 10. b Deut. 29. d Iudæ b. Gẽneſ. 13. b Vide Gregor. 14. moral. ca. 10. Aug. li. 16. da ciuitate Dei ca. 30. Tert. in Apol. aduer. gẽtes c. 39:

h Eze. 16. f

pauperi non porrigebant.

Huic autem flagitio nunquam ſatis execrando ſunt obnoxij, qui diuinam, imu & naturalem legem in Leuitico ſcriptam violare non verentur: Ea ſic habet: [a] *Cum maſculo non commiſcearis coitu fœmineo, quia abominatio eſt. Cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo.* Quod ſi fiat, terram ipſam tam tetris ac nefandis libidinibus pollui, ac iram diuinam aduerſus populum maiorem in modum concitari, tum crimē [b] mortis ſupplicio expiādum eſſe, eodem [c] loco monemur. Vnde Paulus non ſemel etiam arguit maſculorū [d] cōcubitores: dānat præterea immūdos atque molles. E quibus vnus erat Onam [e] Iudæ filius, qui præſentem Déi vltionem effugere nō potuit, quod in terram ſemen funderet, peiorque beſtijs, naturę honeſtatem ac ordinem vellet perrumpere.

a Leu.18,c Deut.27,d Vide Chryſoſt. ho.4. in epiſt. ad Rom. Tert. in li. de pudicit. Aug. lib.3. cōfeſſ. ca. 8 & ep.109.

b L. cùm vir nubit Cod. ad legē Iuliam de adult.

c Leuit.20.b.c Exodi 22.c Ioel 3,a

d 1.Cor.6.b Rom.1,d 1.Tim.1.b Galat.5,d

e Gen.38.b Hier. in c.5 ep. ad Eph.

Qui

IIII.

Quid Scriptura de pauperum oppreſsione proponit?

A*Duenam non contriſtabis*, dicit Dominus, a *neque affliges eum:* a Exo.22.d
aduenæ enim & ipſi fuiſtis in terra Deut.15.b
Aegypti. Viduæ & pupillo non nocebi- 24.c
tis. ſi læſeritis eos, vociferabuntur ad Ecclef.35.c
*me, & ego audiam clamorẽ eorum, & * Iere. 21. d
indignabitur furor meus, percutiamq́ue & 22.a
vos gladio, & erunt vxores veſtræ vi- Mala.3,a
duæ, & filij veſtri pupilli. Quaprop- 2.Reg.12.
ter Aegyptij tot plagis b attriti, a.b
& cũ ſuo rege crudeliſsimoq́ue ty- b Exo.7.& deinceps.
ranno Pharaone, qui ne â paruu- c Exo.1.c
lis c quidem Hebręorum occidẽ- d Exod.14,
dis ſibi tẽperauit, ſubmerſi d de- f.g
mum fuêre, videlicet ob ſuam in
Iſraëlitas pluſquam barbaricam
immanitatem. *Vidi*, inquit e Do- e Exod.3.b
minus, *afflictionem populi mei in Aegypto, & clamorem eius audiui, propter duritiam eorum qui præſunt operibus, & ſciens dolorem eius deſcendi, vt liberẽ eũ de manibus Aegyptiorum,*

Hinc apud Eſaiã quoq; intermi-
f Eſaię 10.a natur dominus: [f] *Vae qui condunt*
Deut.27.c *leges iniquas: & ſcribentes iniuſtitiã*
Iob 24.a
Matt.23.b *ſcripſerunt: vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent cauſæ humiliũ populi mei: vt eſſent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent.* Et apud eundem Prophetam de in-
g Eſaiæ 1. humanis & iniquis magiſtratibus
Ierem.5.g extat hæc quærimonia, *Principes* [g]
Zacha.7.c *tui infideles, ſocij furum, omnes dili-*
Pſalm.93.a
Amos 5.c *gunt munera, ſequuntur retributiones. Pupillo non iudicant, & cauſa vi-*
h Eſaiæ 3.c *duæ non ingreditur ad illos.* Item, *Populum* [h] *meum exactores ſui ſpoliauerunt.* Nec dubium, quin ciuitates & prouincię hoc execrando peccato, quod â tyrannicis magiſtratibus perpetratur, in ſummum ſępè diſcrimen adducantur.

V.

Quid poſtremò Scriptura docet de mercede operarijs retenta, vel imminuta?

Apud

APud Iacobum Apoſtolum legimus, quâm is grauiter diuitibus exprobret crudelē tenacitatem, ſummamq́ue in defraudandis operarijs iniquitatem, [a] *Ecce merces*, inquit, *operariorum, qui meſſuerunt regiones veſtras, quæ fraudadata eſt à vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit.* Eccleſiaſticus [b] vero in hunc modum, *Pānis egentiū*, ait, *vita pauperis eſt: qui defraudat illū, homo ſanguinis eſt. Qui aufert in ſudore panē, quaſi qui occidit proximū ſuum, Qui effundit ſanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres ſunt.*

a Iaco, 5.a

b Eccleſ. 34.d

Itaque lege diuina ſancitum eſt, [c] *Non negabis mercedem indigentis & pauperis fratris tui, ſiue aduenæ, qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas eſt. ſed eadem die reddes ei preciū laboris ſui ante ſolis occaſū, quia pauper eſt, & ex eo ſuſtentat animam ſuam, ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum.*

c Deu. 24. c Leuit. 19. c Tob. 4. c Mala. 5. a

VI.

Quò referenda eſt omnis hæc de peccatis tractatio; & quis illius vſus?

HAEC tractatio ad priorem ſpectat Chriſtianæ Iuſtitiæ partem, quæ in malis cognoſcendis, & fugiendis eſt poſita: Vſus autem ac fructus tractationis eſt, ea quæ verè mala, Deo contraria, hominibus pernicioſa ſunt, ritè diſcernere, diſcreta prorſus cauere, & ſi quid horum admiſſum ſit, ſedulo expiare.

Hinc etiam dſicimus, quo mo-
a Pro. 14. b do ſapiẽs â ſtulto, iuſtus ab impio
b Prou. 18, a differat. [a] *Sapiens enim timet, & declinat à malo: Stultus verò tranſilit, & confidit.* [b] *Non enim recipit ſtultus verba prudẽtiæ, niſi ea dixeris, quæ verſantur in corde eius*, teſte Salomone qui hoc etiam ſcriptum reliquit:
c Prou. 4. c [c] *Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectam diem: via impiorum tenebroſa, neſciũt vbi corruant.* Plerique certè pecca-

ta

ta quæ indicauimus, pernicioſas illas animorũ peſtes, turpiter d ig norant: alij, vt norint maximè, nõ fugiunt tamen, neque deteſtãtur. Peſsimi vero illi ſunt, qui peccati conſuetudine e obdurauerunt: de quorum genere dictum eſt illud: f *Impius cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit: ſed ſequitur eum ignominia & opprobrium.* Ea vero in primis contemnit, quæ Chriſtiana iuſtitia non ſolum ad vitiorum obſeruationẽ, ſeu differentiam cognoſcẽdam, ſed etiam ad eorum deuitationem, & expiationem adhibendam poſtulat.

d Aug. de gratia & libero arb. ca.3. & li.3. de liber. arbit. ca.22. Bern. epiſt. 77. ad Hugonem. Chryſ. ho. 26. in epi. ad Rom.
e Vide ſup. de obſtinatiõe, & Auguſt. in Enchi. ca.80.
f Prou.18. a

DE PECCATORVM EXPIATIONE.

I

Quibus verò modis peccata expiãtur?

HIc in primis eſt extra controuerſiam. Chriſtum nobis eſſe a propitiatorem, & illum Dei

Conc. Trident. ſeſſ. 5. canon.3. & ſeſſ.6. ca.2. & 7.
a Rom.3. d 1. Ioan.2. a 4. b. 1. c

b Ioan.1.d Dei h agnum, qui tollit peccata
Matth.1.d mundi, quiq; ſolus remiſsionem
1.Cor.1.d peccatorum nobis potuerit pro-
1.Tim.2.a mereri, & purgationem eorum
Heb.1.a.9 c facere.
Actor 4. b
c. Acto.15.b Deinde certum eſt, Deum fide
Heb.11.a.b purificare corda, vt Petrus c in-
Gal.2,c 3,a quit, quod citra fidem (humanæ
Rom.3.d ſalutis oſtium ac fundamentum)
Lucæ 7 .g nullus peccatorum remiſsionem
Epheſ.2,b aut expiationem conſequi aut ſpe-
Trid.ſeſſ.1, rare poſsit, Fide d vero deſtitu-
can.8 untur, qui cum Eccleſiæ fide non
d Aug.11 a conſentientes, vana quadam e fi-
67.in Ioã. ducia peccati remiſsionem & iu-
Leo ſer.4 ſtificationis gratiã propter Chri-
de natiuit. ſtum ſibi alijsque pollicentur.
Domini, Qui vero in Eccleſiæ Fide & e-
e Vide ſup. ius vnitate perſiſtẽtes, â peccatis
de pſump. cupiunt liberari, multos illi mo-
f Cyril.li.2 dos f ad peccatorum ſuorum ex-
in Leuitic. piationem in ſcriptura propoſi-
Aug lib. 2. tos habent, inter quos principem
cõt.Creſc. tenet locum Pœnitentiæ ſacra-
c.12 Chryſ. mentum. quo neglecto, g fruſtra
conc.4.de
La2.in fine
& ho.6.in
Ioan. 1.
g Vide ſup.

de reliquis lethaliũ peccatorum remedijs adhibendis agitur. Hoc enim vt præſens, ita neceſſarium pharmacũ Chriſtus animarũ medicus inſtituit, cõtra oẽm peccati lepram valiturum, idq; commendans dixit ſacerdotibus, [h] *Qrorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.*

in Sacram. Pœniten.

h Quorum

Secundo purgantur & expiantur eleemoſyna: quia ſcriptum eſt, [a] *Eleemoſyna ab omni peccato & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras.* Monet igitur Propheta, [b] *Peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum.*

II.
a Tob. 4. b 12. b.
Eccl, 3. b. d
Prou. 13, b 15, d. 16, a
Eſtcæ 11 f
b Dan. 4. c
Eſaiæ 1. b
Hebræ. 13. c
Vide inferius de eleemoſyna.

Tertio remittuntur peccata, dum quantumuis læſi fratri offenſam condonamus: dicente Domino, [c] *Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater cæleſtis delicta veſtra.*

III.
c Matt. 6. b
Lucæ 6. c
Marci 11, c
Eccle. 28. a

Quarto idem fit, cum peccantem fratrem corripiendo emendemus ac lucrifaciam9, ſicuti ſcri-

IIII.

d Iaco.5 d ptum eſt, d *Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore via ſua, ſaluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum,*

V. Quinto huc pertinet abundantia ſynceræ charitatis, ad impetrãda, & conficienda bona omnia prępotentis: ob quam de Magdalena dicitur. e *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum,* f *Charitas enim operit multitudinem peccatorum.*

e Lucæ 7.g
f Prou.10.b & 1.Pet.4.b

VI. Sexto ad idem valet g contriti cordis ſacrificium, quod nunquã deſpicit Deus, & humilis cognitio ſui, confeſsioque peccatorum. h Reſpicit enim Dominus in orationem humilium, & non deſpicit preces eorum. Vt hinc etiã Dauid de ſeipſo teſtetur. a *Dixi cõfitebor aduerſum me iniuſtitiã meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei.* Ac Ioannes generatim omnibus verè confitentibus hanc gratiã pollicetur: b *Si confiteamur,* inquit,

g Pſal.50.d Lucæ 18.c Matt.18.d Eccleſ.21.a
h.Pſa.101.c
a Pſal.31.b
b Ioan.1, d

inquit, *peccata noſtra, fidelis eſt, & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate.* Igitur [c] Niniuitæ cum humilitatis & pœnitentię operibus ſedulo inſiſterent, præſentem Dei iram placauęrunt, & iamiam imminens vrbi ac patriæ exitium auerterũt. Quare de illis ſic ſcriptũ legimus. [d] *Vidit Deus opera eorum, quia conuerſi ſunt de via ſua mala, & miſertus eſt Deus ſuper malitiam, quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit.*

c. Ion. 3, b Matt. 12, d Lucæ 11. d 3. Reg. 21. g Sapiē. 11. d Cyp. li. 1. epiſt. 8. & li. 4. epi. 4. & li. 5. epi. 12. d Ionæ 3, d Num. 25. c Pſal. 105, e

Sic demum ſcriptura teſte diſcimus, his [e] alijſque modis & officijs veræ pietatis, Chriſti gratia editis, hoc effici, vt credẽtium & pœnitentium in Eccleſia, ſicut diximus, peccata expientur. Eoque ſpectãs Apoſtol⁹ monet: [f] *Has habẽtes promiſſiões chariſſimi mũdemus nos ab omni inquinamẽto carnis, et ſpiritus, pficiẽtes ſanctificatiõnẽ in timore Dei.* Nec min⁹ grauiter Iacob⁹: [g] *Emũdate*, inquit, *manus peccatores,*

e Pro. 10, a Actor. 8. d 2. Cor 7. c f 2. Cor 7, a 2. Tim, 2. d g Iaco. 4, e Ezech. 18, f

& purificate corda, duplices animo. Miſeri eſtote, & lugete & plorate. riſus veſter in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem. Humiliamini in conſpectu Domini. & exaltabit eos.

Etenim non ſufficit mores in melius commutare, & â factis malis recedere, vt Auguſtini h verbis interim vtamur, niſi etiam de ijs, quæ facta ſunt, ſatisfiat Deo per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum. per contriti cordis ſacrificium, cooperâtibus eleemoſynis.

h Hom. 50. ex 50. c. 15. Et in enchiri. ca. 70, & Cyp. de lapſis in fine & alij vt ſupra de ſatisfactione

Alioquin quiſquis de peccatis lethalibus in ſe aliqua dominari cognouerit, vt idẽ a Auguſtinus eſt author, niſi dignè ſe emendauerit, & ſi habuerit ſpacium, longo tempore pœnitentiam egerit, & largas eleemoſynas erogauerit, & â peccatis ipſis abſtinuerit, illo trãſitorio igne, de quo dixit b Apoſtolus. purgari non poterit, ſed æterna illum flamma ſine vllo remedio

a Serm. 41. de ſanctis b 1. Cor. 3. Idẽ Aug. hom. 10. ex 50. in enchirid. ca. 67. Itẽ de fide & oper. c 16. & queſt. 1. ad Dulcitium.

medio cruciabit. Non enim capitalia poſt hanc vitam, ſed minuta peccata purgantur expianturq́;.

II.

Quid verò de minutis peccatis eſt ſentiendum?

ID ſcilicet, quod eiuſmodi leuiora, vti mentis euagatio, verbum ocioſum, riſus imoderatus, & conſimilia, quæ quotidiana, ſeu venialia peccata dicuntur, & ſine quib⁹ hæc vita non ducitur, a *in multis enim offendimus omnes*, vt antea quoque monuimus, etſi lethalia non ſunt, & in ſpeciem minuta videtur, tamen haud quaquam ſunt b contemnenda. Siquidem DEO diſplicent, ſeu vt Paulus loquitur, c contriſtant ſpiritum ſanctum, obfuſcant conſcientiam, charitatis feruorem iminuunt, virtutumque profectum remorantur, & ad grauiora ſæpe vitia periculaque pertrahunt. Vnde ſcriptum eſt, d *Qui*

Aug. in enchi.c.87.79. & li.21.de cu. dei ca. 27. Iſid.li.2 de ſum.bo. no.ca.18.
a Iaç.3. a 1.Ioan.1. d Eccle.7.c Prou.14.b Pſalm. 31. b
b Aug. de decē chor. cap.11.& in pſal. 129. ſer. 244. de tēp. Irine. 12. in Ioan.
c Epheſ. 4. g Chry. hom. 87. in Mat. 8. in 1. Cor. & in ſer. de leu. pec. peric. Bern. ſer. 1. de con. Pauli, & in fra. de præc. & diſpenſat.

d Eccl.19.a *ſpernit modica, paulatim decidet.*
e Ibid 3.c e *Qui amat periculum, peribit in illo.*
f Eccle. 9.d f *Qui in vno peccauerit multa bona perdet.*

g Apo.21.g
Pſalm.14.a
23.a
h Vide ſup de Satisfa-ctione.
i In pſal. 37.& ſer.41 de ſanctis.
Greg.in 3. pſalm.pœnitentialē.
a Aug. epi. 108.in Enchir.ca.71. & 72. In Ioan. tract. 12.ſer. 41. de ſanct.Libro 21.de ciuit.ca.27 &.hom.50. ex 50.ca.8.
Cōc. Tole. 4.can.9.

Cauendæ ſunt igitur, quantum licet, hæ labes & ſordes animæ: quoniam vt legimus, g *nō intrabit in cœleſtem Hieruſalem aliquid coinquinatum.* Ac niſi in hac vita illæ diluantur, etiam h poſt mortē hominē grauāt, nec ſine pœnis quidē acerbis purgatorij ignis expiātur. Qui quidē ignis, etſi ꝑpetuꝰ non ſit: tamen, ſi Auguſt. i credimus, grauior eſt, quàm quicquid homo in hac vita poteſt perpeti.

III.

Quibus autem remedijs peccata leuiora purgantur?

VT eiuſcemodi animæ ſordes in hac vita diluantur, Eccleſia vetꝰ remedia iſthæc a agnouit & in vſu habuit, humilē ſui accuſatiōem, dominicam precationē, pectoris tūſionem, & alias id genus

nus pias in Deũ,ac etiá erga proximũ exercitationes, corporiſq; afflictiones ſpontè ac religiosè ſuſceptas. Quæ quidem remedia tantò lubentius ac ſtudioſius amplectuntur ſapientes, quò rectius norunt,& diligentius expendunt diuinæ iuſtitiæ in vindicandis b peccatis ſeueritatem. Quod vel ex illa metuenda Chriſti ſententia planũ fieri poteſt: c *Dico vobis, quoniam omne verbum ocioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij*. Itemq; ex illo dicto Petri, d *Iuſtus vix ſaluabitur*. Vt hinc Iob, vir alioquin iuſtus & innocẽs, dixerit: e *Verebar omnia opera mea, ſciens quia non parceres delinquenti*. Et Apoſtolus Paulus: f *Horrendũ eſt incidere in manus Dei viuentis*. g *Quòd ſi nosipſos dijudicaremus*, vt idẽ admonet, *non vtiq; iudicaremur*. *Beatus* h *igitur homo, qui ſemper eſt pauidus: qui verò mentis eſt dura, corruet in malum*.

b Iob. 24.b Proſper in ſent. Auguſt.c.210. & Aug.in pſal.58.

c Matt.12.e

d 1.Pet.4.d

e Iob 9.c

f Heb.10.f

g 1.Corint.11.g

h Prouer. 28.b

IIII.

Anne ſatis eſt à peccatis abſtinere?

Ber.ſer. 34. ex paruis ſermonib. Chryſ.in pſal.4.& ho.16. in epi.ad Eph. Aug.ſer. 59.de tẽp. a Pſal.39.c 33.c.& ibidem Aug. b Rom.12.c 1.Pet.3.b Tob.4.d Eſaiæ 1.c Eccle.3.d Coloſ.3.d Ephe 4 c. g.f Iacobi 4.d Mat.3.c.7.c c In ſentẽt. Proſp.c.86. Aug. li. 19. de ciuitate Dei,ca.14.

IVſtitia quidem Chriſtiana, de qua hucuſque diximus, duas partes proponit,& velut ęquè neceſſarias nobis commendat hiſce verbis: a DECLINA A MALO ET FAC BONVM. Sicut & Paulus docet: b ODIENTES MALVM ET ADHAERENTES BONO. Nõ ſufficit, igitur, quod c Auguſtinus perſpicuè dixit, abſtinere à malo, niſi fiat quod bonum eſt: & parum eſt nemini nocere, niſi ſtudeas multis prodeſſe. Quapropter abſoluta vtcunque iuſtitiæ priore parte, quæ mala prohibet, conſequens eſt, vt fauẽte Chriſto de altera porrò, quæ in bonis conſectandis eſt poſita, dicere pergamus.

DE

DE TRIPLICI GENERE BONORVM OPERVM.

I.

Iuſtitia Chriſtiana circa quæ bona verſatur?

HAEC iuſtitia tam a latè patet, vt omnia bona, quę honeſtè, iuſtè ac piè fiunt, in ſe contineat, nobiſq; expetenda & conſectáda proponat. Vnde ita fideles Apoſtolus commonefacit: b *Ambuletis dignè Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes:* c *prouidentes bona nõ tantùm coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus.* Hic enim noſtrę vocationis, & Chriſtianę iuſtitiæ p Chriſtum partæ verus eſt vſus ac fructus propri9, Petro teſte, d *vt peccatis mortui iuſtitiæ viuamus*, hoc eſt, quemadmodũ à Paulo explicatum eſt, e *Vt abnegantes impietatem, & ſecularia deſideria, ſobriè & iuſtè*

a Chryſ. in pſal. 4 & 14. & hom. 23. in Gen.

b Col. 1. b

c Rom. 12. d 2. Cor. 8. d Matt. 5. b 1. Petri. 2. c

d 1. Pet. 2. d

e Tet. 2. d Vide Bern. ſerm. 2. de reſurrect. Domini.

iuſtè, & piè viuamus in hoc ſeculo. In eũdẽ ſenſum nobis proponitur euãgeliců illud f *vt ſine timore, de manu inimicorũ noſtrorũ liberati, ſeruiamus illi in ſanctitate, & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus noſtris.* Nam idcircò redemit nos Chriſtus g *ab omni iniquitate, vt mundaret ſibi populũ, acceptabilẽ, ſectatorem bonorum operũ.* h *Ipſius enim Dei ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu, in operibus bonis: quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus.*

f Lucæ 1. g
g Tit. 2. d
h Eph. 2. b

Ita conſtanter Paulus ſcribit, omnesq́ue admonet de obſeruãda & colẽda ſemper iuſtitia Chriſtiana. Proinde Ioannes etiã prudenter admonet, & abſolutè definit: a *Filioli, nemo vos ſeducat. Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt, ſicut & ille iuſtus eſt: qui facit peccatum, ex diabolo eſt.* Et Iacobus conſtãter docet: b *Ex operibus iuſtificatur homo, & nõ ex fide tantùm. Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt: ita & fides ſine ope-*

a 1. Ioã. 3. b
b Iac. 2. b
Auguſt. in præfat. in pſal. 31. Itẽ de fide & oper. ca. 14.
Chryſ. ho. 2. in Gen.

operibus mortua eſt. Tum idem rurſus, c *qui perſpexerit in lege pfectæ libertatis* (ſiue in legẽ perfectã, quę eſt libertatis) *& permanſerit, nõ auditor obliuioſus factus, ſed factor operis, hic beatus in facto ſuo erit.* Nec aliud ſanè voluit Paul9, cùm diceret: d *Non auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur.* c Iacob.1.d d Rom.2.b

II.

Quem fructum pariunt opera iuſtitiæ Chriſtianæ?

PRæclarum ſanè atq; multiplicem, cùm in hac, tum in futura vita. Huc enim ſpectat Pauli ſentẽtia, a *PIETAS ad omnia vtilis eſt, promiſsionẽ habens vitæ quæ nunc eſt, & futuræ.* Tum alibi ſcriptum legimus, b *Bonorum laborum glorioſus eſt fructus.* a 1.Tim 4.c Prou.11.c 2.Par.15.b Matt.10.d 19.d Geneſ.12.c 15.a Eccle.12.a 36.c Hierm 31.c b Sap.3.d 10.d

Primùm enim, hęc opera ex viua fide, id eſt, per charitatem c operante profecta, non modò ſigna ſunt Chriſtianæ vocationis, ſed eandẽ nobis quoq; cõfirmãt, Malac.3.d 1.Cor.15.b Heb.6.b c Gala.5.a

cer-

certamque faciunt. Quamobrem Petrus Apoſtolus, qui ad opera bona nuſquam non cohortatur, hoc etiam adiecit: d *Fratres, magis ſatagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis. Hac enim facientes, non peccabitis aliquando.*

d 2.Pet.1.b Cyp.li.1.epi.1.ad Cornel. in fine.

Secundò gratiam credentibus e augent, atque f ſanctificationẽ perficiũt, Apoſtolo teſte: vt hinc etiã Iacobus affirmet, quòd fides, quæ operib9 cooperatur, g ex ijſdem quoque conſummetur.

e 2.Cor.9.c Col.1.b. 1.Pet.1.a f 2.Cor.7.a Rom.6.d Apoc.22.c Eccle.18.c Tridẽ. ſeſſ. 6.ca.10. g Iaco.2.d

Tertiò h fiduciam bonæ conſcientiæ pariunt, magiſque ad orãdum & quidlibet à Deo impetrandum animant. Scriptum eſt enim: a *Fiducia magna erit coram ſummo Deo eleemoſyna omnibus facientibus eam.* Et rurſus: h *Chariſſimi, ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum: & quicquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata eius cuſtodimus,* &

h Ioan.3.c 1.Ioan.4.c Iacobi 1.d Gala.6 a a Tob.4.b b 1.Ioã.3.d Ioan.15.a Auguſt. in præfat. pſalmi 31.

& ea quæ ſunt placita coram eo, facimus. Exemplum extat in Ezechia Rege, qui bona conſcientia fret⁹, ac Dei voce in hoc ipſo comprobatus dixit: c *Obſecro Domine memento quæſo, quomodo ambulauerim coram te in veritate & in corde perfecto, & quod bonum eſt in oculis tuis fecerim.*

c Eſai. 38. a 4. Regum 20. a Pſal. 7. b. 16 a. d. 17. b. c 25. a. c. 34. d. 131. a

Demũ id efficiunt, vt laborãtes in vinea d Chriſti, denarium diurnum accipiamus, hoc eſt, promiſſam æternæ vitæ mercedem, iuſtitiæque e coronam, quam in Eccleſia, f Dei mãdata ſeruantes, g in Chriſto h promeremur. Ait igitur Dominus, a *Voca operarios, & redde illis mercedem.* Ait Dauid: b *Seruus tuus cuſtodit ea*, diuina ſcilicet præcepta, *in cuſtodiendis illis retri*

d Mat. 20. a Aug. tract. 76. in Ioã. & Greg. l. 4 dialog. ca. 35. e 2. Tim. 4. b Iacobi 1. b f Mat. 19. c g Ioan. 3. c 15. a h Eccl. 16. b Heb. 13. c Sapien. 3. a 2. Theſ. 1. b Apoc. 3. a

Trid. ſeſſ. 6. ca. 16. Cypri. de vnit. eccle. Aug. ep. 105. & li. de morib. eccl. cathol. ca. 33. a Matth. 20. a. Sap. 5. c b Pſal. 18. c Heb. 11. b. c Luc. 14. c Col. 3. d Ephe. 6. b 2. Cor. 4. d Aug. in pſalm. 93. c Pſalmo 118. Matth. 19. b Auguſt. in pſalm. 120.

retributio multa. Ac iterum, c *Incli-*
d 2. Tim. *naui cor meum ad faciendas iuſtifica-*
4.b *tiones tuas in æternũ, propter retribu-*
Aug.hom. *tionem.* Ait & Paulus, d *Bonum cer-*
14. ex 30. Itē in pſal. *tamen certaui, curſum conſummaui,*
83. & 100. *fidem ſeruaui: in reliquo repoſita eſt*
& tract.3. *mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mi-*
in Ioan. z. *hi Dominus in illa die iuſtus iudex:*
Concil. A *non ſolùm autem mihi, ſed & ijs, qui*
rauſic. cap. 18. Matth. *diligunt aduentum eius.* Ait denique
5 b.6.a.b & ipſe Chriſtus: e *Si vis ad vitam*
10.d. *ingredi, ſerua mandata.* Et iterum:
Apocal.2. f *Procedent qui bona fecerunt, in re-*
b.c.g.3. c. d *ſurrectionem vitæ: qui verò mala ege-*
14.c e Matthæi *runt, in reſurrectionem iudicij.* Tum
19.c alibi: g *Qui facit voluntatem patris*
f Ioan.5.c *mei, q in cœlis eſt, ipſe intrabit in re-*
Matth.25. *gnum cœlorum.*
b. c. d. Auguſt. in pſalmum 49. g Matt.7.c

Ex quibus fit perſpicuum, quanti noſtra omnium referat, ſi vitam æternam cupimus, diui-
h Apo.zz.c nas obſeruare voces, h *Qui iuſtus*
Eccle.18. c *eſt, iuſtificetur adhuc, & ſanctus ſan-*
ctifi-

ſificetur adhuc. Ecce venio citò, & merces mea mecum eſt, reddere a vnicuiq; ſecundum opera ſua. b *Bonum agitur facientes non deficiamus: tempore enim ſuo metemus non deficientes.*

a Pſal.61 b Matth.16.d Rom.2.b.c
b Gala. 6.b Eccle.51.d Auguſt.in pſal.111.& quæſt.4.ad Dulcitium

III.

Quot ſunt genera bonorum operum, in quibus iuſtitia Chriſtiana præcipuè cernitur & exercetur?

EIuſmodi ſunt triplicia, ſicut ſacris è literis accipim9, videlicet, Oratio, Ieiuniũ, & Eleemoſyna. Ná reliqua ferè benefacta, quæ ex fide viua proficiſcũtur, & iuſtitiam Chriſtianam commendant, augent atque conſummant, a ad hoſce tres fontes facilè referuntur. Hinc illa pręclara vox angeli Raphaëlis, b *Bona eſt oratio cũ ieiunio, & Eleemoſyna, magis quàm theſauros auri recondere.* Auguſtinus verò dilucidè c dixit: Hęc iuſtitia hominis in hác vita, Ieiunium, Eleemoſyna, Oratio.

Pet. Chry., ſol.ſer.43. Leo ſer.1. & 4.de ieiunio 10. menſis. Ber.in ſent.ſect.11
a Aug. de pfect. iuſtitia, reſpõſ. 6.
b Tob.12.b
c In pſalm. 42.

De

d Eccl.19. a *ſpernit modica, paulatim decidet.*
e Ibid 3.c e *Qui amat periculum, peribit in illo.*
f Eccle. 9.d f *Qui in vno peccauerit multa bona*
g Apo.21.g *perdet.*
Pſalm.14.a Cauendæ ſunt igitur, quantum
23.a licet, hæ labes & ſordes animæ: quoniam vt legimus, g *nõ intrabit*
h Vide ſup *in cœleſtem Hieruſalem aliquid coin-*
de Satisfa- *quinatum.* Ac niſi in hac vita illæ
ctione. diluantur, etiam h poſt mortẽ ho
i In pſal. minẽ grauãt, nec ſine pœnis qui-
37.& ſer.41 dẽ acerbis purgatorij ignis expiã
de ſanctis. tur. Qui quidẽ ignis, etſi ꝑpetuꝰ
Greg.in 3. non ſit: tamen, ſi Auguſt. i credi-
pſalm.pœ- mus, grauior eſt, quàm quicquid
nitentialẽ. homo in hac vita poteſt perpeti.
a Aug. epi.
108.in En-
chir.ca.71.
& 72. In
Ioan. tract.
12.ſer. 41.
de ſanct. Li
bro 21.de
ciuit.ca.27
&hom.50.
ex 50.ca.8.
Cõc. Tole.
4.can.9.

LII.

Quibus autem remedijs peccata leuiora purgantur?

VT eiuſcemodi animæ ſordes in hac vita diluantur, Eccleſia vetꝰ remedia iſthæc a agnouit & in vſu habuit, humilẽ ſui accuſatiõem, dominicam precationẽ, pectoris tũſionem, & alias id ge-

nus

nus pias in Deũ, ac etiã erga proximũ exercitationes, corporiſq́; afflictiones ſpontè ac religiosè ſuſceptas. Quæ quidem remedia tantò lubentius ac ſtudioſius amplectuntur ſapientes, quò rectius norunt, & diligentius expendunt diuinæ iuſtitiæ in vindicandis b peccatis ſeueritatem. Quod vel ex illa metuenda Chriſti ſententia planũ fieri poteſt: c *Dico vobis, quoniam omne verbum ocioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij*. Itemq́; ex illo dicto Petri, d *Iuſtus vix ſaluabitur.* Vt hinc Iob, vir alioquin iuſtus & innocẽs, dixerit: e *Verebar omnia opera mea, ſciens quia non parceres delinquenti.* Et Apoſtolus Paulus: f *Horrendũ eſt incidere in manus Dei viuentis.* g *Quòd ſi nosipſos dijudicaremus*, vt idẽ admonet, *non vtiq; iudicaremur. Beatus* h *igitur homo, qui ſemper eſt pauidus: qui verò mentis eſt dura, corruet in malum.*

b Iob. 24.b Proſper in ſent. Auguſt. c. 210. & Aug. in pſal. 58.
c Matt. 12. e
d 1. Pet. 4. d
e Iob 9. c
f Heb. 10. f
g 1. Corint. 11. g
h Prouer. 28. b

An

IIII.

Anne ſatis eſt à peccatis abſtinere?

Ber.ſer. 34. ex paruis ſermonib. Chryſ. in pſal. 4. & ho. 16. in epi. ad Eph. Aug. ſer. 59. de tẽp. a Pſal. 39. c 33. c. & ibidem Aug. b Rom. 12. c 1. Pet. 3. b Tob. 4. d Eſaiæ 1. c Eccle. 3. d Coloſ. 3. d Ephe 4 c. g. f Iacobi 4. d Mat. 3. c. 7. c. c In ſentẽt. Proſp. c. 86. Aug. li. 19. de ciuitate Dei, ca. 14.

IVſtitia quidem Chriſtiana, de qua hucuſque diximus, duas partes proponit, & velut ęquè neceſſarias nobis commendat hiſce verbis: a DECLINA A MALO ET FAC BONVM. Sicut & Paulus docet: b ODIENTES MALVM ET ADHAERENTES BONO. Nõ ſufficit, igitur, quod c Auguſtinus perſpicuè dixit, abſtinere à malo, niſi fiat quod bonum eſt: & parum eſt nemini nocere, niſi ſtudeas multis prodeſſe. Quapropter abſoluta vtcunque iuſtitiæ priore parte, quæ mala prohibet, conſequens eſt, vt fauẽte Chriſto de altera porrò, quæ in bonis conſectandis eſt poſita, dicere pergamus.

DE TRIPLICI GENERE BONORVM OPERVM.

I.

Iuſtitia Chriſtiana circa quæ bona verſatur?

HAEC iuſtitia tam a latè patet, vt omnia bona, quę honeſtè, iuſtè ac piè fiunt, in ſe contineat, nobiſq; expetenda & conſectãda proponat. Vnde ita fideles Apoſtolus commonefacit: b *Ambuletis dignè Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes:* c *prouidentes bona nõ tantùm coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus.* Hic enim noſtrę vocationis, & Chriſtianę iuſtitiæ p Chriſtum partæ verus eſt vſus ac fructus propri9, Petro teſte, d *vt peccatis mortui iuſtitiæ viuamus*, hoc eſt, quemadmodũ à Paulo explicatum eſt, e *Vt abnegantes impietatem, & ſecularia deſideria, ſobriè & iuſtè*

a Chryſ. in pſal. 4 & 14. & hom. 23. in Gen.

b Col. 1. b

c Rom. 12. d 2. Cor. 8. d Matt. 5. b 1. Petri. 2. c d 1. Pet. 2. d

d 1. Pet. 2. d

e Tet. 2. d

Vide Bern. ſerm. 2. de reſurrect. Domini.

iuſtè, & piè viuamus in hoc ſeculo. In eũdẽ ſenſum nobis proponitur euãgeliciũ illud f *vt ſine timore, de manu inimicorũ noſtrorũ liberati, ſeruiamus illi in ſanctitate, & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus noſtris.* Nam idcircò redemit nos Chriſtꝰ g *ab omni iniquitate, vt mundaret ſibi populũ, acceptabilẽ, ſectatorem bonorum operũ.* h *Ipſius enim Dei ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu, in operibus bonis: quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus.*

f Lucæ 1. g

g Tit. 2. d

h Eph. 2. b

Ita conſtanter Paulus ſcribit, omneſq́ue admonet de obſeruãda & colẽda ſemper iuſtitia Chriſtiana. Proinde Ioannes etiã prudenter admonet, & abſolutè definit: a *Filioli, nemo vos ſeducat. Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt, ſicut & ille iuſtꝰ eſt: qui facit peccatum, ex diabolo eſt.* Et Iacobus conſtãter docet: b *Ex operibus iuſtificatur homo, & nõ ex fide tantùm. Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt: ita & fides ſine ope-*

a 1. Ioã. 3. b

b Iac 2. b

Auguſt. in præfat. in pſal. 31. Itẽ de fide & oper. ca. 14. Chryſ. ho. 2. in Gen.

operibus mortua eſt. Tum idem rur- c Iacob.1.d
ſus, c *qui perſpexerit in lege pfectæ li-*
bertatis (ſiue in legẽ perfectã, quę
eſt libertatis) *& permanſerit, nõ au-*
ditor obliuioſus factus, ſed factor ope-
ris, hic beatus in facto ſuo erit. Nec a- d Rom.2.b
liud ſanè voluit Paul9, cùm dice-
ret: d *Non auditores legis iuſti ſunt*
apud Deum, ſed factores legis iuſtifi-
cabuntur. II.

Quem fructum pariunt opera iu-
ſtitiæ Chriſtianæ? a 1.Tim 4.c

PRæclarum ſanè atq; multipli- Prou.11.c
cem, cùm in hac, tum in futura 2.Par.15.b
vita. Huc enim ſpectat Pauli ſen- Matt.10.d
tẽtia, a *PIETAS ad omnia vtilis eſt,* 19.d Geneſ.12.c
promiſsionẽ habens vitæ quæ nunc eſt, 15.a
& futuræ. Tum alibi ſcriptum le- Eccle.12.a
gimus, b *Bonorum laborum glorio-* 36.c
ſus eſt fructus. Hierm 31.c

Primùm enim, hęc opera ex vi- b Sap.3.d 10.d
ua fide, id eſt, per charitatem c o- Malac.3.d
perante profecta, non modò ſig- 1.Cor.15.b
na ſunt Chriſtianæ vocationis, Heb.6.b
ſed eandẽ nobis quoq; cõfirmãt, c Gala.5.a

cer-

certamq́ue faciunt. Quamobrem
Petrus Apoſtolus, qui ad opera
d 2.Pet.1.b bona nuſquam nõ cohortatur,
Cyp.li.1.e hoc etiam adiecit: d *Fratres, magis*
pi.1.ad Cor *ſatagite, vt per bona opera certam ve-*
nel. in fine. *ſtram vocationem & electionem faci-*
e 2.Cor.9.c *atis. Hæc enim facientes, non peccabi-*
Col.1.b. *tis aliquando.*
1.Pet.1.a Secundò gratiam credentibus
f 2.Cor.7.a e augent, atque f ſanctificationẽ
Rom.6.d perficiũt, Apoſtolo teſte: vt hinc
Apoc.22.c Eccle.18.c etiã Iacobus affirmet, quòd fides,
Tridẽ. ſeſſ. quæ operibꝰ cooperatur, g ex iiſ-
6.ca.10. dem quoque conſummetur.
g Iaco.2.d Tertiò h fiduciam bonæ con-
h Ioan.3.c ſcientiæ pariunt, magisq́ue ad o-
1.Ioan.4.c Iacobi 1.d rãdum & quidlibet à Deo impe-
Gala.6.a trandum animant. Scriptum eſt
a Tob.4.b enim: a *Fiducia magna erit coram*
b 1.Ioã.3.d *ſummo Deo eleemoſyna omnibus faci-*
Ioan.15.a *entibus eam.* Et rurſus: h *Chariſſimi,*
Auguſt.in præfat.pſal *ſi cor noſtrum non reprehenderit nos,*
mi 31. *fiduciam habemus ad Deum: & quic-*
quid petierimus, accipiemus ab eo:
quoniam mandata eius cuſtodimus,

&

& ea quæ ſunt placita coram eo, facimus. Exemplum extat in Ezechia c Rege, qui bona conſcientia fret⁹, ac Dei voce in hoc ipſo comprobatus dixit: c *Obſecro Domine memento quæſo, quomodo ambulauerim coram te in veritate & in corde perfecto, & quod bonum eſt in oculis tuis fecerim.*

c Eſai.38.a 4.Regum 20.a Pſal.7.b.16 a.d.17.b.c 25.a.c.34. d.131.a

Demũ id efficiunt, vt laborãtes in vinea d Chriſti, denarium diurnum accipiamus, hoc eſt, promiſſam æternæ vitæ mercedem, iuſtitiæque e coronam, quam in Eccleſia, f Dei mãdata ſeruantes, g in Chriſto h promeremur. Ait igitur Dominus, a *Voca operarios, & redde illis mercedem.* Ait Dauid: b *Seruus tuus cuſtodit ea*, diuina ſcilicet præcepta, *in cuſtodiendis illis retri*

d Mat.20.a Aug.tract. 76. in Ioã. & Greg.l.4 dialog. ca. 35. e 2.Tim. 4.b Iacobi 1.b f Mat.19.c g Ioan.3.c 15.a h Eccl.16.b Heb.13.c Sapien.3.a 2.Theſ.1.b Apoc.3.a

Trid.ſeſſ.6.ca.16.Cypri.de vnit. eccle. Aug.ep.105. & li.de morib.eccl. cathol. ca.33. a Matth. 20. a. Sap.5.c b Pſal. 18.c Heb. 11. b. c Luc. 14. c Col.3.d Ephe.6.b 2. Cor.4.d Aug. in pſalm. 93. c Pſalmo 118. Matth.19.b Auguſt.in pſalm.120.

retributio multa. Ac iterum, c *Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternũ, propter retributionem.* Ait & Paulus, d *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui: in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex: non ſolùm autem mihi, ſed & ijs, qui diligunt aduentum eius.* Ait denique & ipſe Chriſtus: e *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata*. Et iterum: f *Procedent qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in reſurrectionem iudicij.* Tum alibi: g *Qui facit voluntatem patris mei, q. in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum.*

d 2. Tim. 4.b
Aug. hom. 14. ex 50. Itē in pſal. 83. & 100. & tract. 3. in Ioan. z. Concil. Arauſic. cap. 18. Matth. 5 b. 6. a. b 10. d. Apocal. 2. b. c. g. 3. c. d 14. c
e Matthæi 19. c
f Ioan. 5. c Matth. 25. b. c. d.
Auguſt. in pſalmum 49. g Matt. 7. c

Ex quibus fit perſpicuum, quanti noſtra omnium referat, ſi vitam æternam cupimus, diuinas obſeruare voces, h *Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc, & ſanctus ſanctifi-*

h Apo. 22. c Eccle. 18. c

ſificetur adhuc. Ecce venio citò, & merces mea mecum eſt, reddere aunicuiq; ſecundum opera ſua. b *Bonum igitur facientes non deficiamus: tempore enim ſuo metemus non deficientes.*

a Pſal.61 b Matth.16.d Rom.2.b.c b Gala. 6.b Eccle.51.d Auguſt.in pſal.111.& quæſt.4.ad Dulcitium

III.

Quot ſunt genera bonorum operum, in quibus iuſtitia Chriſtiana præcipuè cernitur & exercetur?

EIuſmodi ſunt triplicia, ſicut ſacris è literis accipim9, videlicet, Oratio, Ieiuniũ, & Eleemoſyna. Ná reliqua ferè benefacta, quæ ex fide viua proficiſcũtur, & iuſtitiam Chriſtianam commendant, augent atque conſummant, a ad hoſce tres fontes facilè a referuntur. Hinc illa pręclara vox angeli Raphaëlis, b *Bona eſt oratio cũ ieiunio, & Eleemoſyna, magis quàm theſauros auri recondere.* Auguſtinus verò dilucidè c dixit: Hęc iuſtitia hominis in hác vita, Ieiunium, Eleemoſyna, Oratio.

Pet. Chryſol.ſer.43. Leo ſer.1. & 4.de ieiunio 10. menſis. Ber.in ſent.ſect.11 a Aug. de pfect. iuſtitia, reſpõſ. 6. b Tob.12.b

c In pſalm. 42.

De

d Matt. 6.a De quibus Chriſtus d apud Matthæum ſigillatim docet, additq; promiſsiones de parata cœleſti mercede ijs, qui in Eccleſia

e Aug. ſer. 60. de tempore. citra e hypocriſim ſincere ieiunant, orãt ac eleemoſynam tribuunt.

f Matt. 6.a Hinc fidelis illa ſponſio toties repetita: f *Pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi.* Et hæc ipſa ſunt, in quibus Chriſtus, vt bene

g Matt. 5. beateque viuamus, g abundare vult noſtram iuſtitiam, & ita lu-

h Ibidẽ. b cere h coram hominib9, vt videant opera noſtra bona, & glorificent Patrem. Ad hæc præſtanda

a Ephe. 2. b in Chriſto a creati & deſtinati ſumus, quæ nimirum præparauit Deus, vt in illis ambulemus. Pro-

b Mat. 25. d Ioan. 5. c pter b hęc è charitate pręſtita, iuſti in regnum adſciſcentur æternum: ob eadẽ verò neglecta, iniuſti in gehennam ignis præcipitabuntur.

c Lucæ. 18. b Vt verò c Phariſaicum ac vanum eſt, cum aliorum cõtemptu ſeip-

ſeipſum iuſtificare, d & ſuis operibus fidere: ita Chriſtianum eſt atq; legitimũ hominem cum ſui ſubmiſsione operibus bonis operam ſedulam dare: & ſi quãdo gloriari velit, in e Domino gloriari, vt qui operatur in nobis velle & perficere, f Apoſtolo teſte.

d Rõ.10.a Trid. conc. ſeſſ.6.c.16.

e 1.Cor.1,d 2,Cor 10,d f Phili.2.b

IIII.

Quid eſt ieiunium?

NON ſimplex huius nominis eſt acceptio. Magnum & generale Ieiunium a Auguſtinus vocat, abſtinere ab iniquitatibus & illicitis voluptatibus ſeculi. Deinde b Philoſophicum, vt quidam vocant, Ieiunium, eſt parſimonia illa cibi ac potus moraliſq; ſobrietas, qua temperatè etiam ab Ethnicis ſecundum rectam rationem viuitur. Tertio c Eccleſiaſticum eſt ieiuniũ, vtpotè cum iuxta certum Eccleſiæ morem atque præſcriptum, certis diebus & carniũ eſum nobis ſubtrahimùs, & vnica dun-

a Aug. tra. 17. in Ioan. & lib. 2, quęſt. euãgel. ca. 18. b Hier. li. 2 aduerſ. Iouinianum. c. Cle. cõſt. Apoſt. li. 5, ca 13, 16, 19 20, & 21, Iſid. li. 1, de eccl. offic. c. 36. & ſeq. Rab. de inſtit. cler. l. 2 c. 7, & ſeq. ſuo. part. 4 c. 25, & ſeq. Burch. li. 1[illegible]

d Cypr. de ieiunio & tētationib. Chrſti.
Athan. de virgin.
Chryſ. ho. 1 & 2, in Gene. & in ſermo. de ieiunio, Baſil. orat. 1, & 2. de ieiunio,

dũtaxat refectiōe cōtenti ſumus.] Cuiuſcemodi ieiuniũ piè & Chriſtianè d ſuſcipitur, ad cultum diuinum religioſius exhibendum, ad carnem edomandam, ſpirituique ſubijciendam, ad fructus pœnitentiæ dignos præſtandos, ad obedientiam exercendam, ac demum ad quamlibet Dei gratiam conſequendam.

de Helia & ieiunio 7. & 10

Aug. de vtilitate ieiunij. Ambro. in li, de Helia & ieiunio, & epiſt. 82. Leo in ſer. de ieiunio 7. & 10 menſis Pentecoſtes & Quadrag.

V,

Quid verò his reſpondendum eſt, qui legem Eccleſiaſtici ieiunij conuellunt atq; contemnunt?

* 1, Tim. 4, a
Col. 2, c. d
Deu. 14. a b
Can. apoſt. 50, & 52:
Cōc. Gangrē. can. 2, 1
Tolet. in aſſert. fidei,
1. Bracc. canō. 14. & 32

PRimum admonendi ſunt iſti, ne falſo Catholicis affingant, quod Apoſtolus * deteſtatur, & Eccleſia ſemper dānauit in Iudæis, Manichæis & Priſcillianiſtis: quod videlicet aut ſecundum legem Moſaicā, aut ex ſuperſtitione à cibis quibuſdam abſtineant,

Catho-

Catholici enim. ſicut Auguſtinus Fauſto Manichæo a reſpondet, quod â carnibus abſtinẽt, edomãdi corporis cauſa id faciũt, propter animã ab irrationabilibus motibus amplius humiliandam, non quod carnes eſſe immundas credant. Nec ſolum â carnibus, verũ â quibuſdam etiam terræ fructibus abſtinent, vel ſemper, ſicuti pauci; vel certis diebus atq; temporibus, ſicuti per Quadrageſimã fermè omnes. Sic Auguſtinus, atque ante illum idipſum etiam docet Epiphanius: vbi confutat Aërianã b hæreſim, quæ ſtata Eccleſiæ ieiunia cuique libera eſſe vult, atque ad ea neminem obligari.

a Li. 30, cõtra Fauſtũ, cap. & de morib. Manich. ca. 13 & 14, cõtra Adimãt. c. 14. Item Theodoretus in epit. diuin. decret. ca. de abſtinẽt. Berna. ſer. 66, in cantica. Iſidor. li. 1, de off. Eccl. ca. 44 Gene. 1, d. 2. c. 9, a Leui. 10, b Num. 6, a. Iud. 13, a c. Hiere. 35, a. b. d. Danie. 1, b. c. 10, a Matth. 3, a. Mar. 1. a. Lucæ 1. b. Actorum 15, d. e. Roman. 14. d 1. Corint. 8. d. 1. Timoth. 5, d. Sexta Synodi Conſtant. canon. 56. Gregor. ad Aug. Anglor. Epiſco. eſte Gratian. diſt. 4, & Iuo. parte 4, ca. 29. Athan. in vita Antonij. Hier. in vita Pauli Erem, & Hilarionis. Epipha. in comp. doct. Eccl. Cath. b Hære. 75, & Aug. hæreſ. 53. Item Damaſc. de hæreſ.

c Hier. in epi. ad Gala. ca. 4. Leo ſer. 3. & 4. de ieiun. 7. mẽſ. & ſer. 4. de quadrageſ. Baſ. orat. 2 de ieiunio.

Quod autem in publicis c ieiunijs, ſicut & in precationib9 & ferijs ratio temporis obſeruatur. id ordinem & concordiam publicã in Eccleſia confirmat, illuſtrat ac promouet. Deinde priuata ieiunia nõ ita multi quidem imponerent ſibi, vtpote naturali carnis amore ventriſq; ſtudio ad ſuſcipienda ea impediti.

d Li. 2. Auguſt. hære 82. & Amb. epiſt. 82.

e Aug. ep. 118. ad Ianuar. ca. 2.

Iam quod magni momenti, & certi meriti ſit, eiuſmodi ieiunia reuerẽter amplecti, ſeduloq; obſeruare, tam apertè probat Hieronymus d contra Iouinianum, hac de re amplius, vt à nullo poſsit dubitari. Quibus addenda ſunt, quæ ſupra docuimus de præceptis Eccleſiæ obſeruandis, idque ad ſcandalum e euitãdum, & ob diſciplinam publicam retinendam: neq; modo propter iram, ſed etiam propter conſcientiam, vt Apoſtolus * dixit.

* Ro. 13, b

Conſtat autem, ſicut omnium

æta-

ætatum [f] ſcriptores comprobát, Eccleſię diſciplinam, conſuetudinem, traditionem, ſanctionẽ hác, & eſſe conſtantem, & inde ab initio fuiſſe, vt diebus quibuſdam, pręſertim [g] Quadrageſimæ, ieiuniũ hoc Eccleſiaſticũ obſeruaretur. Ita docẽt Canones [h] apoſtolorũ, & ſacroſáctę [i] ſynodi Gágrenſis [k] quidẽ anathemate eos ferit, qui cõmunia totius Eccleſiæ ieiunia contemnunt: [l] Toletana vero communione eos priuari iubet, qui ſine ineuitabili neçeſsitate & euidenti languore carnibus in Quadrageſima veſcuntur.

f Auguſt. epiſt 86. Epip. in cõpendia.doctri. Calix. epiſt. 1. ad Benedictũ. Leo ſerm. 1 & 2, de Pẽtecoſt. Itẽ ſer. 8. & 9, de ieiunio 7 menſ, & ſerm. 8. de ieiunio 10. menſis, Raban li. 2, de inſtitu. clerico ca. 24, Et Conc. Mogunt. ca. 34, Salegunſtad. can. 2, Bernard. in vigil. Andreæ g Ignat. ad Philip. Epiph. in compend. doctrin. Theophilus Alexand. li. 3, paſchal. Maximus in ſermonib. de quadrag. Itẽ Amb. Aug. Leo & Bern. de eadem Cyril. li. 10, in Leuit, Iſid. de off. ca. 36 Aug. epi. 119, ca. 15, & in pſal. 110, h Can. 68, i Laod, can. 50, 2, Braccar. can. 9. 4, Cartha. can. 63, Tribor, cap. 35, Agath. ca. 12, k Can, 19, Item Mogunt. can. 35. l. 8, Tolet. can. 9. Vide Teleſph. in epi, ad vniuerſos. Theophilũ Alex. li. 3, paſch.

Aug. ſerm. 64, de temp. Nicep. li. 17, ca 32. Chryſ. hom. 6, ad popul. Item 1, & 2, in Gen.

Et ſingularis patrum eſt ardor in commẽdando, vrgendo & exigendo m ieiunio, præſertim quadrageſimæ, quod quidam ab Apoſtolis n inſtitutum videri volunt. Ab hoc patrũ ſpiritu ſunt alieni, qui ieiuniorum legem ſibi alijſq́; relaxant, & carnis licentiæ, non libertati euangelicæ patrocinãtur, Hi carnem o cum vitijs & concupiſcẽtijs nolũt crucifigi, ac proinde quæ ſunt ſpiritus, non ſapiunt: ſed ſpiritum potius p extinguũt, aduerſus doctrinam apoſtolicam. Deinde palam obſiſtunt Eccleſiæ matri, imo etiam q Chriſto, in Eccleſia ſponſa r loquenti atq; præcipienti, vnde ſibi certam s damnationem acquirunt, quando ſanctum & ſalutiferum, & ab Eccleſia nobis vſq; commendatum ieiunio-

m Baſi. oratio. 2, de ieiunio. Aug. ſerm. 62. de tempore. Amb. ſer. 23, 25. 34, 36. & 37.

n Hiero. ad Marcellam contra errores Mõt epiſt. 54.

o Gala. 5. d 1. Cor. 2. d.

p 1. Theſſ. 5. c. Maximus ſer. in litan.

q Aug. in epiſt. 86. ad Caſulanũ

r Lucæ 10, c Matt. 18. c. 1 Cor, 14. g. 1. Theſſ 2. c. Hier. 35. b d Actor. 15. e. 2, Macha. 6. d. e. f. 7. a. s Rom. 13, a. Leuit. 23. e. 1. Reg. 14, d. f. 3, Reg, 13. Conc. Trident

iuniorum inſtitutum abrogãt repudiântue. ſeſſ.vlt. Auguſt.tract. 73.in Ioan.Ambroſ,ſermone 25, & 36. Chryſ. ho. 12, in 1. ad Timoth. Rabanus libro 2, de inſtitut. clericorum cap.25,

VI.

Quid de ieiunio S,Scriptura tradit? Iud.20. d 1.Reg.7,b 31.d. 2. Regũ 1.b.3,g 12,d.e.3,Regum 21.g 1.Par.10.d 2.Para.20. a.e. 1. Eſd. 8 d.e 2.Eſd.1. a

DIuina vox eſt, quæ per Ioelem ad peccatores clamat: a *Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, fletu, & planctu*. Nec multo poſt: b *Canite tuba in Sion,* inquit, *ſanctificate ieiunium, vocate cœtum, congregate populum*, vel ſicut alij legunt: Sanctificate ieiunium, prædicate curationẽ. Vt hinc diſcamus, ieiunium ſanctificari cæteris bonis operibus, & ſanctificatũ curationi proficere c peccatorũ, vt Hieronymus d interpretatur. Nam vt idem è ſacris literis e colligit, per ieiunia Daniel f vir deſideriorũ futura cognouit: & Niniuitæ g iram placuerunt Dei.

a Ioel 2. c & 1.c b Ibidem. Gre.ho. 16. in euang. Maxi.ho.1, de ieiunio quad. c Auguſt,ſer.66 62.69.230. de tẽp. Ber. ſerm,4.de quad. Hier. in ca.6, Danie. d Li. 2. cõ. Ioui. e Ibidẽ, vide & Aug.ſer 65,de tẽp. & Chryſ. in ho. de Iona. f Dan. 9. a. f.g 10.b.c g Ionæ 3.d

h 3,Reg.19 h & Elias ac * Moſes quadraginta
b * Exo. dierũ eſurie, Dei familiaritate ſa-
24.d.34.d turati ſunt: & ipſe * Dominus to-
Hebr. 9,b.c tidem dierum in ſolitudine ieiu-
* Matt. & nauit, vt nobis ſolẽnes ieiuniorũ
Lucæ 4,a
& Mat.17,c dies relinqueret: & acriora dęmo
Marci 9.d nia docuit, * non niſi oratione &
a 2,Co.11.f ieiunijs poſſe ſuperari: & Apoſto-
b Pſal.101,b lus frequenter [a] ſe ieiunaſſe dicit,
c Pſal.34, & in pſalmis pœnitens loquitur:
d Lucæ 5,g
Marci 2,c [b] *Manducabam ſicut cinerem panem*
Mat.9,b. Et *meum, et potum meum cum fletu miſ-*
ibi.Hiero. *cebam.* Et, [c] *Cùm mihi moleſti eſſent,*
e Act.13,a *induebar cilicio, humiliabam in ieiu-*
14.d f Co.
6,a.Lu.2.f *nio animam meam.* Demum quid
Matt.6,b. eo manifeſtius, quam quod Chri:
To.3,b.Iu- ſtus affirmat [d] fore, vt cum ipſe
dith 4.b.c ſponſus diſcipulis ſuis maximè di
8,a. Eſther lectus ablatus ſit, tũc illos licet ſpi
4,a,d.14,a
Iere:36.b. ritu [e] ſancto plenos ieiunaturos
Baruch 1,a eſſe. Itaque Paulus fideles omnes
1,Mach.3, f hortatur, [f] *Exhibeamus nosmetipſos,*
2,Mach.13, *ſicut Dei miniſtros, in multa patien-*
c.d
g Galat.5.d *tia, in vigilijs, in ieiunijs, in caſtitate.*
[g] *Qui enim sunt Chriſti, carnem ſu-*

am

am crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs.

VII.

Quid eſt Oratio?

EST [a] pius noſtræ mentis in Deum affectus, quo petuntur fideliter, quęcunq; ſunt nobis, aut alijs ſalutaria: quo diuinam quoque gratiam & virtutem celebramus, aut qualicunque ratione coram ſumma, & æterna illa maieſtate nos [b] deuotos teſtamur. Vt huc ſpectet non ſolũ precatio, ſed etiam [c] adoratio, [d] oblatio ſeu ſacrificium, [e] inuocatio, [f] laudatio, [g] gratiarum actio.

a Damaſc. li.3. ortho. fidei ca.24 Aug. lib. 2. de ſer. domi. in mõt. ca.8, & ſer. 230, de tempore, Baſil. in Iulittam martyrem. Chryſ. ho. 30. in Gen. N. ſſenus in li. de orat. b Exo. 35, c.d 2. Paral. 29, g. c Matth. 4, b. d Malac. 1, c. Eſaiæ 56.c. Ioannis 4, c. e Roman. 10, l f Pſal. 17. a. 145, a. g Eſaiæ 5, 6, c. 1, Timoth. 2. a Aug. epiſt. 59, ad Paulinum.

[h] Modum autem precandi & formulam ſingularem Chriſtus a præſcripſit, ſicuti ſupra declarauimus: Et nullũ eſt ſanè opus magis

h Aug. tra. 73. in euãg. Ioan Baſ. ca.2. conſt. monaſt. Bern, ſer. 4 & 4, in quadrag. & in ſer. de quar. mod. orandi, a Mat. 6, b. Lucæ 11, a. Vide ſup. de orat. Dominica.

gis in ſcriptura commendatum, o nullum pijs ſanctiſque hominibus familiarius, nullum quod â pluribus & ſæpius & diligentius, magiſque neceſſario in hac vita ſit exercendum, atque precatio. Verè dictum illud, c *Oratio humiliantis se nubes penetrabit*. Item d *Oportet semper orare*, ardẽti ſcilicet cordis affectu, & citra hypocriſim, & abſque laudis e humanæ reſpectu, hoc eſt, in f ſpiritu & veritate.

Interim g orantes externum corporis geſtum & habitum, rituſq; nõnullos adhibent ſæpè. Et rectè quidẽ, vt exempla ſcripturæ commonſtrant. Nam & Chriſtus Dominus nunc * ſubleuatis in cælum oculis, nunc * elata voce, nunc in terram * proſtratus patrem orauit: Tum * Danielis ac

b Pſa, 140 a Tobiæ 12, c Actor. 10. d Exodi 32. c Pſal. 105, d Iere. 7, c. 27. d. & ibi Hier. Item epiſt. 12, ad Gaud. c Eccleſ. 35, d Pſal. 101, c 36, a Iudith 9. d. d Lu. 18. a. Eccl. 18, c 1. Theſſ. 5, c e Mat. 6. a f Ioan. 4. c g Tertu. in Apolo. ad uerſ. gentes ca. 30. Aug. in li. de cura pro mort ge: renda ca. 5, Hierony. adue. Luci. & in vita Pau. erem. Itẽ de viris illuſt. in Iac. * Ioan. 17. a. 11, c. * Matth. 27 c Lucæ 23. f * Matth. 26, d. Marci 14. d. Lucd 22. c

ac Niniuitarum * precetio, quia non ſine ieiunijs, ſacco & cinere inſtituta fuit, magis cõmendatur. Nec fruſtra de Publicano * dictũ eſt, quod humili facie, depreſsis oculis, pectoriſq; tunſione ſuá in templo precationẽ inſtruxit. Quę quidem licet externa videãtur, & ab impijs etiam fieri ac oſtentari queant, tamen hactenus laudẽ illa merentur, quatenus & piè corpus exercent, rediguntq; in obſequiũ creatoris, & animũ excitãt, fulciũt ac promouent in cultu interiore.

*Dani. 9. a
* Ion. 3. c. d
Iudith 4. b c. d. 9. a
1. Mach. 3. f
* Luc. 18. c
Exo. 9. f. h 17. c.
Deut. 9. c. d
Num. 20. a
Pſal. 87. b 140 a
2. Paral. 6. b. 29. f
3. Reg. 8. f
Daniel, 6. c
1. Eſdrę 9. b
Epheſ 3. c

P 6 Præ-

Matth. 2. b Actor. 7. g. 9. g. 20. g. 21. a 1. Corinth. 11. a. Damaſ. lib. 4. Orthod. fidei ca. 13. De certis orandi temporibus videatur Auguſtin. hæreſi 57. Beda in cap. 18. Lucæ. Anſelm. in cap. 5. epiſt 1. ad Theſſal. Clemens conſtitut. Apoſt lib. 8, cap. 40. Tertullianus in Apologetico cap. 2, Cyprian. de Orat. Dominica. Athan. de virgin. Baſil. ſerm. 1. de inſtitut. monach. & ca. 37, in regulis longioribus, Chryſoſt hom. 59. ad popul. Hiero. in ca. 6, Daniel, & ad Euſtochium, Concil. Aquiſgran. can. 126, & ſequentibus, Pſalm. 118. 5, a, 54, c. Danielis 6, c. Actorum 3. a. 10: b: 16, c:

Præterea ſunt hæc teſtimonia quædam fidei, humilitatis, atque pietatis non negligenda, vt quæ non ſolum ſpectāti proximo, ſed etiam Eccleſiæ adferunt ædificationem.

Iſidor. de ſummo bono lib 3, ca. 7, Auguſt. ſerm. 226, 230, de tēpore, & epiſt. 121. Itē ſerm. 5, de verbis Domini. Cyp. de Oratio. Dominica, Amb. li. 3, de virginibus. & ſer. 93, de Nazario & Celſo.

VIII.

Cur in orando ſeduli & aſſidui eſſe debemus?

PRimum ob maximas & infinitas eorum, qui ritè precantur, vtilitates. Deinde quod Oratio proprium & neceſſarium ſit fidei exercitium. Habet præterea præceptū in diuinis [a] literis paſſim, neq; modo frequentem, ſed etiā eximiam, plenamq; conſolationis & ſuauitatis promiſsionē, [b] *Dico vobis*, inquit ipſa Veritas Chriſtus: *Omnia quacunq; orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis.* Et rurſum. [c] *Ego dico vobis. Petite,*

a Mat. 26, d Marc, 13, d Lucæ 18, a 11, a. b. 21, g Rom. 12, c. Philip 4, b. Coloſſ. 4, a. 1. Pet. 4, b 1, Theſſal. 5, c Epheſ. 6, c 1, Timot. 5, a Heb. 4, d Iaco. 1, a 4, a. 5, d b Marc. 11, c Matt. 21, b 18, c, d. c Luc. 11, b. Mat. 7, b Ioan. 14, b.

te, & dabitur vobis: quærite, & inue- 15 a.16.d
nietis: pulſate, & aperietur vobis. Om- 1. Ioan.3.d
nis enim qui petit, accipit: & qui quæ- 5.c
rit, inuenit: & pulſanti aperietur. Pſalm. 49.
Atque iterum: d *Si vos cùm ſitis ma-* c.144.d
li, noſtis bona data dare filijs veſtris: Prouerb. 15.d
quanto magis Pater veſter qui in cælis 2 Paralip.
eſt, dabit bona petentibus ſe? Talibus 7.c
quidem dictis, vt rectè colligit Eccleſ. 3. a.
e Chryſoſtom9, ac tali ſpe prouo- 38.a
cauit nos ad orandum vniuerſo- Leuit. 4. f 5.c.d.6.a
rum Dominus. Nos verò decet d Matthæi
obtemperãtes Deo, ſemper om- 7.b
nem vitam in laudibus Dei, pre- Lucæ 11. c
cibuſque tranſigere, maiore ſtu- e Libro 1.
dio curam agentes diuini cultus, de orando
quam vitæ noſtræ. Sic enim con- Deum.
tigerit ſemper viuere vitam ho- Vide etiam
mine dignam. Hæc ille. librum 2.
Item hom.

P 7 *Quibus* 5. de incõprehenſibili Dei natura, & ad populum Antiochenum homilia 71. & 79. Gregorius homilia 27. in Euangel. & in Pſalmum 6. pœnitentialem.

IX.

Quibus exemplis vim orationis & fructum colligemus?

*Iaco.5 d
3. Reg. 17.a
& 18. g
Lucæ 4. d
Eccle.48.a
a Aug.ſer. 22. ad frat. in eremo.
*Exo.17. c.d Iudith 4.c.d
b 1.Regum 7.c d
*Hierem. 23.c.d.f
c Dan.6.e
d Danielis 3.c.e
*Luc.23.f
e Dani.13.e
Acto 7.g
Hiero. cōt. Vigilāt. Auguſt.ſer.1. & 4. de ſanctis.

IAcobus Apoſtolus, vt orationis virtutem explicaret exemplo, ita ſcripſit:* *Elias homo erat ſimilis nobis, paßibilis: & oratione orauit, vt non plueret ſuper terram, & non pluit annos tres, & menſes ſex. Et rurſum orauit, & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum ſuum.* Pluribus exemplis Auguſtinus a rem eandem comprobat: Orante Moſe & b Samuele vincuntur à Iudæis hoſtes Amalechitæ atque Philiſtæi. Orans Hieremias* confortatur in carcere. Orans c Daniel inter leōes exultat. Orātes d tres pueri in fornace, tripudiāt.* Orans de cruce Latro, inuenit paradiſum. Suſanna e per orationem inter ſenes falsō accuſantes defenditur. * Stephanus orans, in cœlum ſuſcipitur, & inter

ter lapidantes pro Saulo exauditur.

Quibus f exemplis non modò fructus Orationis oſtenditur, ſed etiam precãdi ſtudium ac ſedulitas nobis commendatur. Quare Scriptura quoque Apoſtolica cohortatur: * *Sine intermiſsione orate, in omnibus gratias agite.* Et rurſus: * *Orate pro inuicem vt ſaluemini: multum enim valet deprecatio iuſti aſsidua.* Item, *Hæc eſt fiducia quam habemus ad Deum, quia quodcunque petierimus ſecundum volũtatem eius, audit nos.* Præterea: * *Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita.*

f Gen. 25. c Exodi 8. c g. 9. g. 10. c 14. c. d. 23. e. f Nu. 11. a. 12. d. 14. c. 16. c e. g. 21. g. 1. Regum 1. b. d. 12. c 4. Reg. 19. c g. 20. a 2. Para. 20. a. c. e. 33. c. 1. Eſdræ 8. c Tobiæ 3. a. b. d Iud. 9. a. d 13. a Pſalmo 17. a. 119. a Ionæ 2. a 1. Machab. 3. f. 4. a. b Actor. 12. a

* 1. Theſſ. 5. c

* Iac. 5. d

1. Ioan. 5. c

* 1. Ioan. 5. d

DE

DE ELEEMOSYNA, ET OPERIBVS MISERICORDIAE. X.

Vide Chryſoſt.ho.13. in 2. Cor. & Auguſt. ſerm.30.de verb.dom. * To.12.b a Ser.1. de opere & eleemoſ. lie Pet. Chryſolog.ſer. 43. Leo ſerm.3. de ieiunio Pẽtecoſtes. Oſeæ 6.c Matt.9.b 12 a Prou. 21.a Phili. 4.d He. 13.c

Quid eſt Eelemoſyna?

EST beneficium ſeu munus, quo alterius miſeriæ ex noſtro cõmiſeratiõis affectu ſubuenitur. Quò ſpectat id, quod apud Tobiã Raphael angelus teſtatur. * *Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna*, vt intelligamus, ſicut Cyprian9 a admonet, orationes noſtras ac ieiunia minus poſſe, niſi eleemoſynis adiuuentur. * Bona miſericordia, inquit b Ambroſi9, quæ & ipſa perfectos facit, quia imitatur perfectum Patrẽ. Nihil tam commendat Chriſtianam animam, quàm miſericordia. Sic ille. * *Eſtote ergo miſericordes, ſicut &*

b Lib.1. offic.cap.11.Chryſ.ſerm.36.ad popul. Antioc. Aug. ſerm.26.de temp.& hom.39.ex 50.Leo ſerm.5. & 10 de quadrag.Gregor.Niſſ.de beatitudin.* Lucæ 6.f Pſalm.32.a, 118.b.144.b. c

& Pater veſter miſericors eſt, vt ſitis filij patris veſtri qui in cælis eſt, qui ſolem ſuũ oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Ita Chriſt⁹ Saluator, &c. Samaritanus noſter, omni gratia & miſericordia plenus, qui * pertranſijt benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diabolo. c Luc.10. f * Act.10. f

X I.

Quo pacto ſcriptura nobis commendat Eleemoſynam?

MVltis a quidem & apertis præceptis, promiſsionibus & exemplis. Quin Cyprian⁹ b docet, & in Euangelio nihil pręcipi frequentius, quàm vt inſiſtamus eleemoſynis dandis: nec terrenis poſſeſsionibus incumbamus, ſed cœleſtes theſauros potius recondamus. Hinc illæ Chriſti ſententiæ: c *Quod ſupereſt, date eleemoſynam.*

Deu.15.b. Eſdræ 2.8.e Tobiæ 4. a Pſal. 40.a Pro.11. c.14. c.d.19.e.22 b.25.c. 28. d Eccl.4.a.b d.7.a. d.12. a 17.c. 29.b Ezec.18.b.c Matt.25 d Lucæ 14. c b Ser.1. de eleemoſ. Vide etiam Aug.ſer.50 & 227.de temp. Item ho.18.19 29.& 47. ex 50. Nazi. de pauper.amore. Chryſoſt.hom.32. ad popul. & ſeq. c Lucæ 11.f Hieron. ad Hedibiam quæſt.1.

nam: & eccè omnia munda ſunt vobis. d *Vendite quæ poßidetis, & date eleemoſynam. Facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt, theſaurum non deficiẽtem in cælis.* Atque alibi: e *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Breuiter, f *Date, & dabitur vobis.* Proinde Daniel Propheta impio Regi cõſulit: g *Peccata tua eleemoſynis redime, & iniqtates tuas miſericordijs pauperum.* Tum alibi legitur: h *Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis.* Neque hominis verò, ſed Angeli vox ea fuit. a *Eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata, & facit inuenire miſericordiam & vitam æternã.* Quin & Chriſtus ipſe pronũciat: b *Quicũque potum dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ, tan-*

tum

d Lucæ 12. d 3.e.Mat. 9.a c.19.c.d Mar. 10.c.d 1.Tim.6.d e Lucæ 16.c Aug. ſer. 25 & 35. de verb dom. f Lucæ 6.f 2.Cor.8.b c.9.b 1.Tim.4.c Ro.12.c.d Iacobi 1.d g Dan.4.e Prou.13.b Amb. ſer. 30.& 31. Itẽ de Helia & ieiu. ca.20. Leo in ſer. de collect. Chryſ. ho. 23. in Acta Apoſt. h Eccl.3.d Am.ſer.15. Chryſ.ho.34.in Gen.Proſ.par.2.de promiſſ.& p̃dictiõ.ca.7.a Tob.12.b.4.b.Eſa.1.e.Prou.15.d.16.a.10.b. 1.Pet.4.b, Iac.5.d, b Matt.10.d. Greg.

tum in nomine diſcipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam. c Beati igitur *miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.* E contrario autem, vt Iacob⁹ affirmat, d *Iudicium ſine miſericordia illi, qui non facit miſericordiam.*

ho.5.in Euāg. Amb. in li. de viduis. Leo ſer.4.& 6. de quad. & ſer.6.de ieiu.10.mēſ.
c Matt.5.a
d Iac.2.b
Proue.21.b

XII.

Quibus exemplis Eleemoſynæ virtus & fructus declaratur?

IN ſacris quidē literis a Abrahā & Loth, propter hoſpitalitē & Deo placuiſſe, & Angelos b hoſpitio excepiſſe dicūtur. c Tobię & d Centurionis eleemoſynę tantum valuerunt, vt in memoriam aſcenderint in cōſpectu Dei, & non ſolum teſtes, ſed etiā collaudatores habuerint ſanctos Angelos. Zachæus Chriſti verbis permot⁹, & ex principe Publicanorum ſpeculum miſericordiæ factus, dimidium bonorum

a Gen.18.a 19 a
b Heb. 13.a
c Tobiæ 12. c.1.d
d Act.10.a
Exēpla Ioānis Eleem. et aliorū vide apud Leontiū in eius vita. Mart. apud Sulp. Paulę apud Hier. Tiberij apud Turō. l.5.hi Frāc.

.19. Bened. apud Greg. 2. dial. ca. 28. & 29. Martyrij apud eund. ho. 39. in Euang. Greg. apud Ioan. iac. li 1. vitæ eius ca. 10. & lib. 2. c. 22. & 23.

dat pauperibus, & mox Abrahæ filius à Chriſto ipſo e pronunciatur. Tabitha, f vt plena operibus bonis & eleemoſynis, quas viduis pſertim faciebat, à Luca celebratur. Sic piæ matronæ laudem habent in g euangelio ſingularem, quæ cum Magdalena, & Martha Chriſto Domino eiuſque pauperibus diſcipulis liberaliter de ſuis facultatibus inſeruiebant. Et de h Laurentio Leuita & martyre iuſtiſsimè canitur.* *Diſperſit, dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.*

Oſuald. apud Bedam hiſt. Ang. li. 3. ca. 6.
e Lu 19 1.b
f Act. 9. f. g
Vide etiã Patrũ ſpirituale Sopho ca. 175 185. 201.
g Lucæ 8. a & 10. g
Ioan. 12. a
3. Reg. 17. b c. d. 4. Reg. 4. b c f
h Amb. li. 2 off. ca. 28.
*Pſal. 111 b.

XIII.

Quid eſt miſericordia?

EST, ſicut Auguſtinus affirmat, alienæ miſeriæ quædam in noſtro corde compaſsio, qua vtique ſi poſsimus, ſubuenire compellimur. Quod miſericordiæ nomen pro eleemoſyna dici & accipi ſæpè ſolet. *Omnis autem miſericordia*, teſte diuina* ſcriptura, *faciet locum*

Chryſ. ho. 55. in Gen.
a Li. 9. de ciuita. Dei c. 5. Iſid. de ſum. bono li. 3. ca. 64.
Greg. Niſſ. in I. de beatitudinib.
*Eccl. 16. b

locum vnicuique ſecundum meritum operum ſuorum. Hanc ſępè & mirificè commendat b Chryſoſtom9, nec dubitat alicui dicere, c Miſericordia eſt ſalutis præſidium, fidei ornamentum, propitiatio peccatorum: hæc eſt quæ iuſtos probat, ſanctos roborat, Dei cultores oſtentat. Quin etiã, ſi Ambroſio d credimus, omnis ſumma diſciplinæ Chriſtianæ in miſericordia & pietate eſt.

b Ho. 32. in ep. ad Heb. hom. 9. de pœnit. 53. in Matt. & 36. ad pop. Antioch.

c Chry. ho. de miſer. & duabus viduis.

d In ep. 1. ad Timo. ca. 4 Vide eund. in ca. 3. Lu.

XIIII.

Sunt ne vnius generis miſericordiæ opera?

DVplicis ea generis eſſe a inueniũtur: cùm alia ſint corporalia, alia ſpiritualia. Corporalia quidẽ dicta, quoniã ad corporalem miſeriam proximi ſubleuãdam exercẽtur: Spiritualia verò, quòd in his ſaluti proximi ſpirituali benè conſulimus, atque operã damus. Huius multiplicis miſericordiæ clarum prębet exemplũ

a Aug. l. de morib. Eccle. cathol. ca. 27. 28. Itẽ in enchiri. ca. 72 & ſer. 203. de temp.

b Iob.31.b & ibidem Gregor. Iob benigniſsimus, qui de ſe ſeipſo teſtatur: b *Ab infantia mea creuit mecum miſeratio, & de vtero matris meæ egreſſa eſt mecum.* c *Oculus fui cæco, & pes claudo: pater eram pauperum, & cauſam quam neſciebam, diligentiſſimè inueſtigabam Conterebã molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.* Item, d *Foris non manſit peregrinus, oſtium meum viatori patuit.*

c Iob 29.c

d Iob.31.d

XV.

a Matt. 25. b Tob.1.d. 2.a.b.12.c 2.Reg.2.a Aug. li.1. de ciuitate dei cap.13. & de cura pro mort. cap.3.

Quot ſunt opera miſericordiæ tũ corporalia, tum ſpiritualia?

SEptẽ in vtroq; genere numerantur. Ac primum quidẽ corporalia hæc ſunt: a Eſuriẽtes paſcere, potũ dare ſitientib9, operire nudos, captiuos redimere, ægrotos inuiſere, hoſpitio peregrinos ſuſcipere, b mortuos ſepelire.

c Mat.18. b 1.Tim.5.c d Eccl.18.b 2.Tim.4.a

Spiritualia verò hæc: c Peccantes corrigere, d ignorantes doce-

Eſaiæ 52.b. Hier. 15.d. Dan.12.a. Iac.5.d. Gala.6.a Chryſ.ho.3.& 10.in Gen. Clem. Alex. 1. ſtromat.

docere, e dubitantibus rectè cõ-
ſulere, f pro ſalute proximi Deũ
orare, g conſolari mœſtos, f fer-
re patienter iniurias, offenſam a
remittere. Quæ humanæ pietatis
officia, hominib9 prę ſertim Chri-
ſtianis, nec barbaris planè, tam a-
perta ſunt, vt longa tractatione
neutiquam egeant.

Bernardus ſerm. 36. in cant. Greg. hom. 17. in Euangel. e Prouerb. 27. b Eccleſ. 5. c f Matt. 5 g Iacob. 5. d

g Eccleſiaſt. 7. d. 2. Corinth. 1. a. h Tit. 3. a. 1. Theſ. ſal. 5. c. Roman. 15. a. a Math. 5. d. 6. b. 18. c. d. Marci. 11. c Eccleſ. 28. a

XVI.

Quomodo iſthæc Scripturis oſtenduntur?

PVlchrè quidem ac paſsim: ſicut inprimis illa Eſaiæ verba, aut potius Dei præcepta cõmonſtrant, a *Frange*, inquit, *eſurienti panem tuum. egenos vagosq́; induc in domum tuã. Cùm videris nudũ, operi eũ, & carnem tuam ne deſpexeris.* Quorum officiorum ingens quoque fructus ibidem ſubijcitur: b *Tunc anteibit faciem tuam iuſtitia tua*

a Eſai. 58. b

b Ibidem c.

c 1. Ioan. 3. c *& gloria Domini colliget te.* Et Ioãnes, qui in charitate & misericordia fraterna nobis commendanda totus eſt, inter cætera docet: c *Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?* Neque contentus hoc dicto, præclarè concludit: *Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, ſed opere, & veritate. In hoc cognoſcimus, quoniam ex veritate ſumus.* Item Gregor. Turon. in gloſſ. conf. cap. 108.

Iacobi 2. c Baſil. hom. 7. in diuites auaros Ambroſ. ſerm. 81. & apud Grat. diſtinct 86. Ibidem li. 3 offic. ca. 6. & 7. Gregor. 3. parte curæ paſtor. ad mon. 22.

Hæc ſunt fidelium, vereque iuſtorum opera, quæ in d extremo illo iudicio Chriſtus agnoſcet, & palã approbabit: propter quæ regnum promiſſum decernet, iuſtitiæque coronam reddet miſericordib9, quos & ipſe iuſtos prædicat. Quæ e quidem opera tantò plus verę laudis, æternique præmij porrigunt, quantò fiunt ab

d Mat. 25. Lucæ 14 c

e Greg. cur. paſt. part. 3. admon. 21. Amb. lib. 1. off. c. 30. & li. 2. cap. 21. & 25.

ab animo Chriſtiano ſincerius, alacrius, liberalius, nimirum vt in illis humanæ vanitati atque cupiditati quam minimum loci relinquatur, ea vero ad DEI gloriam proximique, cui ſeruiũt, commodum propriè referantur. Hinc illę ſcripturæ voces obſeruãdæ: [f] *Qui tribuit, in ſimplicitate, qui miſeretur, in hilaritate.* [g] *Noli auertere faciem ab vllo paupere. Quomodo potueris, ita eſto miſericors,* [h] *Hilarem datorem diligit Deus.* [a] *In omni dato hilarem fac vultum tuum:* [b] *Iucundus homo, qui miſeretur & commodat.* Certè Chriſtus apud Lucam [c] talem depingit Samaritanum, qui non ſolum Chriſtianis, ſed etiam ethnicis præclarum exemplum præbeat ſummæ humanitatis, perfectæque miſericordiæ. ignotis etiam & [d] immerentibus vltro præſtandæ, [e] *Qui verò parce ſeminat, parcè & metet,* Apoſtolo teſte. Satis autem hactenus de corporalibus

Chryſ. hom. de miſeric. & duab viduis. Item hom. 30. in epi. ad Cor.

f Rom. 12. b

g Tob. 4. b

h 2. Corin. 9. b

a Eccl. 35. b

b Pſal. 111. a

c Luc. 10. f

d Naz. in orat. de fun. patris. Chryſ. ho. 21. ad Ro. Itē ho. 35. & 37. ad popul. Antiochenum.

e 2. Cor. 9. b

Q præ-

præcipuè operibus miſericordię.
XVII.

De ſpiritualibus quid porrò ſcriptura teſtatur?

a Ro.16,a DEbemus a inquit, *nos firmiores imbecillitatem infirmorum ſuſtinere,& nõ nobis placere. Vnuſquiſque veſtrum proximo ſuo placeat in bonum ad ædificationem: Etenim Chriſtus non ſibi placuit;* Ac rurſus: b *Eſtote inuicem benigni, miſericordes, donantes inuicem, ſicut & Deus in Chriſto donauit nobis.* Item, c *Eſtote ergò imitatores Dei, ſicut filij chariſsimi, & ambulate in dilectiõe, ſicut & Chriſtus dilexit nos.* Præterea, d *Induite vos ſicut electi Dei, ſancti & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiã, ſupportantes inuicẽ,&* e *donantes vobismetipſis, ſi quis aduerſus aliquẽ habet querelã, ſicut dominus donauit vobis. ita & vos.* Iterũ vero: f *Corripite inquietos, cõſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patiẽtes eſtote ad omnes.*

b Epheſ. 4,g

c Epheſ.5.a

d Colo.3.b

e Augu, in Enchi.c. 73 &74, hom. 6.29 & 40 ex 50, & ſer.203. de temp, Greg.4, dialo.ca.vlt.

f 1 Theſſ. 5.c

Hæc

Hæc aliaque id genus permulta paſsim inculcat Paulus: qui, vt g omnes faceret ſaluos, omnibus omnia factus eſt: vt hinc ipſe teſtetur: h *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror?* Et iterum: a *Triſtitia mihi magna eſt & continuus dolor cordi meo, Optabam enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis.* Tum alibi: b *Ego libentiſsimè impendam, & ſuperimpendar ipſe pro animabus veſtris. licèt plus vos diligens, minus diligar.*

g 1. Cor. 9, d
h 2. Cor. 11, g
a Rom. 9, a
b Cor. 12, c

XVIII.

Quæ ſumma eſt doctrinæ omnis de miſericordiæ operibus præſtandis?

APoſtolus rem omnẽ hocquaſi vnico verbo cõplexus eſt, a *Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti,* puta legem Charitatis. De qua lege rurſus idem: b *Si quod eſt mandatum, in hoc verbo inſtauratur: Diliges proximum tuum ſicut teipſum.*

a Gal. 6, a
b Rom. 13, c
Galac. 5, c

c 1.Pet.4.b Et Petrus Apoſtol9, c *Ante omnia, inquit, mutuam in vobismetipſis charitatem continuam habẽtes: quia charitas operit multitudinem peccatorũ.* Quod charitatis miſericordięque præſtandæ præceptum ac officium, vt eſt naturæ ac rationi maximè conſentaneum: ſic ad omnes

d Eccl.17.b etiam ſe porrigit, vt hinc ſcriptũ legamus, d *Vnicuique mandauit De-*

e Matt.7.b Lucæ 6. c *us de proximo ſuo*. Ita vero mandauit, veluti Chriſtus interpretatur: e *Omnia quacunq; vultis, vt faciant vobis homines, ita & vos facite illis. Hæc eſt enim Lex & Prophetæ.*

DE VIRTVTIBVS CARDINALIBVS.

a Proſp. de vita contẽplat l.3.ca. 18.& Amb. in ca.6. Lucæ,& li. 1. off.ca.24. & ſequent.

I.

Quid ſibi vult nomen & ratio Cardinalium virtutum?

CArdinales quædam virtutes idcirco a dicũtur, quod ſint tanquam aliarum fon-

tes

tes & cardinales, & quēadmodū oſtium in cardine, ſic omnis honeſtæ vitæ ratio in illis verſetur, ac boni operis vniuerſa ſtructura b eiſdem inniti quodammodo videatur. Eiuſmodi vero quatuor c numerantur: Prudētia, Iuſtitia, Temperātia & Fortitudo: de quibus ita ſcriptum extat: d *Sobrietatem & prudentiam docet, & iuſtitiā, & virtutem: quibus vtilius nihil eſt in vita hominibus.* Vbi per ſobrietatem e temperantia, per virtutem fortitudo, haud obſcurè deſignatur, omnesq; illæ ita nobis commendantur, vt ab æterna f Sapiētia, qui Deus eſt, eas propriè conferri, & ingēti cum fructu humanæ ſalutis accipi atque exerceri, certo intelligamus. Quæ virtutes etiā Officiales dictæ ſunt, quoniā ab ijs, vt g Ambroſius annotauit, naſcuntur officiorum genera, cūctaq; cōmunis vitæ officia ſecundum ſuam cuiuſq; vocationē deriuantur.

b Greg. li. 2 moral. in Iob ca. 36.

c Amb. li. 3. de virg. & li. 3. off. c. 9

d Sap. 8. a

e Aug. li. 1. Retra. ca. 7.

f Prouerb. 8. b. c. d Eccl. 24. a. c

g Li. 1. off. cap. 25.

II.

Quomodo Cardinales virtutes definiuntur?

Definit eã dẽ Aug. li. 1, de libero arb cap. 13 & lib. de morib ec-cleſ. catho. cap. 15. De his in libr. Offici. [illegible]erit Ambroſ. Proſper. li 3, de vita cõ templ cap. 18 & ſequ. Bernar ex paruis ſer. ſer 35, & in can. ſer. 22 a Gen. 2. b b Lib. 2, de Gen. cont. Manich. ca. 10, Itẽ Am broſ. in lib. de par. c. 3 c Lib. 1, cõ tra Acade. cap, 7

PRudentia eſt virtus, quæ ſecũdum honeſti rationẽ quid expetendum, quidue fugiendũ ſit, homini præſcribit. Iuſtitia eſt virtus, qua cuiq; ſua tribuuntur. Tẽperantia eſt virtus, voluptatũ carnis, quæ guſtu atq; tactu percipiuntur, moderatrix. Fortitudo eſt virtus, qua labores mortiſque pericula conſtanter & ſuſcipiuntur, & perferuntur.

Hæc eſt nobilis quadriga virtutum, qua in cęlum vehimur: hæc a flumina quatuor paradiſi, vt Auguſtin. b vocat, cuius & hoc dictũ extat memorabile: Illa eſt, inquit, c humanarum rerum ſcientia, quę nouit lumen prudentiæ, tẽperantię decus, fortitudinis robur, iuſtitię ſanctitatem. Hęc enim ſunt, quæ nullam fortunam metuẽtes, verè noſtra dicere audemus.

Quo

III.

Quo pacto Prudentia nobis ſacris literis commendatur?

PRudēter monet Eccleſiaſticus in hunc modum,a *Fili ſine conſilio nihil facias & poſt factum non pœnitebis*.Item:b *Sapiens cor & intelligibile abſtinebit ſe à peccatis, & in operibus iuſtitiæ ſucceſſus habebit*. Tum fons omnis c ſapientiæ prudentiæque Chriſtus, verus ille d Salomon,ita docet e *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ*: vt intelligamus, ad perfectam prudentiam vtrunque coniunctim requiri, columbinam videlicet ſimplicitatem, quæ innocentes miteſque facit: & ſerpentinam prudentiam, quæ homines cautos ac prouidos reddit, vt nec fallant ipſi, neque ab vllo fallantur. Id fiet, ſi Paulinæ doctrinæ nos accommodemus:

Baſ.incōſt. monaſt.ca. 15,& hom. 12,in princ. prouerbio. Bernar,ſer. 49,in Can.
a Eccl.32,d 37,c Prou.12,c 13,b
b Eccl.3,d 18,d.33.a Prouerb. 14 b Iob 28,d Deut 4.a 32.d Vide prouerb.3,b 8.b Sap.6,a.c 7.d.a.b.d
c Eccleſ.1.a
d Matt.11.d Lucæ 11.d
e Matth.10. Videte b & ibidē Theoph. & Hieron. Item Auguſtinus quæſt. 3.ex Matt.Greg.1.Mor cap.2. & hom. 30,in Euange. Proſp.libro 3,de vita contemp.cap.26. & 30.

f Ephe.5.d Colof. 4. 1.Pet,4,b Prou.4,d Eccleſ,2, g Roman. 12,a 1.Theſſ.4.a h Prouerb. 13.d Eccleſ.6,d

f *Videte fratres*, inquit, *quomodo cautè ambuletis: non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt. Propterea nolite fieri imprudentes, ſed intelligẽtes, quæ ſit voluntas Dei*, g *bona ſcilicet, & bene placens, & perfecta*. Atque huc pertinet dictum Salomonis, h *Qui cũ ſapientibus graditur, ſapiẽs erit: amicus ſtultorum ſimilis efficietur*. Et illud,

a Pro.17,d Eccleſ.8,a b Prou.18,c

a *In facie prudentis lucet ſapientia*. Demum quod idem aſſirmat: b *Cor prudentis poßidebit ſcientiam, & auris ſapientum quærit doctrinam*.

IIII.

De iuſtitia quid porrò Scriptura tradit?

a Prouerb. 14,d.15,b 21.c Eccleſ.4,d b Prouerb. 16,b.25,a Auguſt.li. 4, de ciuit. Dei cap.4, & lib.19,ca.21.Gregor.lib.7, epiſt. 120. ad reges Fran. Theodor.& Theober. c.Rom.13.c

IVſtitia a *eleuat gentem*: b *Iuſtitia firmatur ſolium. Melius eſt parum cum iuſtitia, quàm multi fructus cum iniquitate*. Cuius quidem iuſtitiæ officium nobis per Apoſtolũ his verbis explicatur: c *Reddite omnibus*

bus debit a. cui tributum, tributũ: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem, Huc ſpectant iuſti & beati viri partes, ſic in Pſalmo d decantatæ. *Qui nõ egit dolum in lingua ſua, nec fecit proximo ſuo malum, & opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos: Qui iurat proximo ſuo, & non decipit: qui pecuniam ſuam non dedit ad c vſuram, & munera ſuper innocentem nõ accepit.* Ex quo facilè conſtat; Iuſtitiæ nomen contractius hîc accipi, quam vbi generatim de Iuſtitia Chriſtiana diſſerimus.

Matt. 22. c 17, d
Lucæ 2, a 3, e
1. Tim. 5, ç
Bernardus ſerm 8, de Aduentu Domini.
Auguſt. in ſermo. 19. de verbis Domini, & lib. 22, contra Fauſtũ, cap. 74, & 75.
Theop. in cap, 13.

Q 5 Quo-

a 1 Romanos. d Pſalm. 14, a. b Matth. 5, a Chryſoſtomus homilia 15. in Matth. Ambroſius libro 1, off. cap. 28. & 29, & ſermone 16, in Pſalmum 118. & in lib. de paradiſo cap. 3, Auguſt. lib. 4, de doctrina Chriſt. cap. 18, vide ſeptimum & 8. præceptum decalogi, c Exod. 22. d Leuit. 25, e Deuterono. 23. c Ezech. 18, b. c. d. 22. c Lucæ 6. e Leo ſerm. 6, de Ieiunio 10, menſ. Bernardus epiſt. 322, ad Spirenſes, Ambroſius de Tobia cap. 14. & 15. Hieron. in 18, ca. Ezech. Concil. Lateranenſ. ſub Alexandro 3. Parte 1. cap. 25.

V.

Quomodo temperantiam ſcriptura docet?

a Ro.13.d
1.Petri 2,c
Galat.5,c
1.Cor.9.d
b Lu.21,g
Vide ſupra de gula & de ieiunio
c 1.Petri 5,c
1.Theſſ.5.b
1.Tim.3.a.c
1.Tim.4,a
Titum 1.c
2,a.b,c
Leuit.10,b
d Ephe. 4.f
e Eccl.31.b

AD vitandam intemperantiam hoc ſcriptura nobis iniungit. a ne carnis curam in deſiderijs faciamus,nêue b per gulam corda noſtra in crapula & ebrietate aliquando grauemus. Cæterum ad exercitandam temperantiã hortatur: vbi c vult nos eſſe ſobrios & vigilare,hoc eſt, ſacris vigilijs & orationibus aptos eſſe, vt nullum ſathanæ locum d demus Monet igitur & Eccleſiaſticus, e *Vtere quaſi homo frugi his quæ tibi apponũtur,vt non cùm manducas multum odio habearis*. Neque tacet idem de

f Ibidem d

ebrietate,f *Vinum quippe multũ potatum,irritationem, & iram, & ruinas multas facit*. Quin etiã vt idem

g Eccl.19,a

ait:g *Vinũ & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes*. Igitur de potu vini temperatè ſumendo hoc etiã addit: h *Exultatio animæ & cordis,vinum*

h Eccl,31.d

num moderatè potatum. Sanitas eſt animæ & corpori ſobrius potus. Quare alibi ſcriptum legimus: a *Beata terra, cuius principes comedunt in tempore ſuo ad reficiendum, & non ad luxuriam.* b *Qui autem abſtinens eſt, adijciet vitam.* Sed hæc temperantiæ virtus etiam latius eſt, c quam ad moderatam cibi potusq; ſumptionem ſe porrigit. Ioannes d Baptiſta, ſi quis vnquam alius, temperãtiæ, abſtinentiæ, imo & continentiæ omnis exemplum ſe nobis abſolutum præbuit, cum luxum omnem in victu habituq; ſibi præſcidit; & ſumma fragilitate contentus, vitam in eremo traduxit.

a Eccl. 1d. d
b Eccl. 37, d
c Vide Proſper. li. 3. de vita contẽplatiua ca. 19 & Ambro. lib. de Iacob & vita beata ca. 2.
Hieron. in cap. 44. Ezechielis.
d Matt. 3 a & 11. a. c Marci 1. a Lucæ 1: b. g 7. d e Bern. in ſermo de natiuit. Ioan. Bapt. & Gregor. hom. 6. in Euangelia.

VI.

De Fortitudine quid ſcriptura monet?

AD hanc colendam ſatis hortatur, cum a timorem improbum nobis adimit, & Chriſtianæ mentis

a Mat. 10. c. 8. c Lu. 12. a. 0 Eſa. 8. c. 35. a. 41. c. d. 43 a. 44. a. 51, c. d.

mentis fiduciam, alacritatem, con-
Hiere. 10, a ſtantiam atque magnanimitatem
Eccleſ. 7, a commendat. b *Fugit impius nemine*
34, b
Prou. 3, c *perſequente*, inquit Salomon. *iuſtus*
Pſalmo 3, b *autem quaſi leo confidens abſque ter-*
22, a. 26, a *rore erit*. Et Petrus de fidei ac pie-
55, b 117. a tatis hoſtibus hoc admonet, c *Ti-*
Eſaiæ 12, *morem eorum ne timueritis, neq; con-*
Hebræ. 12, *turbemini. Quis eſt* inquit, d *q. vobis*
a. b. c. d
b Prouerb. *noceat, ſi boni æmulatores fueritis? Sed*
18, a *& ſi quid patiemini propter iuſtitiam,*
Iob 15. c. e *beati*. Paulus vero, cum eſſet ip-
6, c ſe Chriſti miles f inuictus, ad ve-
Prou. 29. d
Eccle. 22. c ram & Chriſtianam fortitudinem
Pſalmo 13. c alios ſæpè excitat: *Fratres*, inquit.
Ioan. 12. f g *mei dilecti, ſtabiles eſtote & immo-*
Apoc. 21. b *biles, abundantes in omni opere Domi-*
2. Cor. 1, c *ni ſemper, ſcientes quod labor veſter*
Matth. 11. a
Gala. 3, a *non eſt inanis in Domino*. Ac rur-
Prouer. 15. ſum:

a 27. b. Eccle 27. b, c 1. Petri 3, c. d Ibidem, & 2 d. 4. c. e Matthæi 5, a Lucæ 6, c. f 1. Cor. 4, c. 2, Cor. 4. b c. 6, a b. 11. ſ. 12. c. Actorum 20. c. 21. c, 2. Tim. 4. b. Rom. 8, f. g. g 1. Cor. 15, g. 16. c. 9, d, Rom. 11. c, Galat. 6. c, 2. Theſſ. 3. c. Tobiæ 2. c. Eccle. 10. a. Eccle. 4. d. 5. c. 11. c, 2. Paral. 15. b Iac. 5, b Heb, 10. f Mat. 10. c, 24. b Bern. epi. 129. ad Ianuē.

um: h *Fratres cõfortamini in domi-* h Ephe. 6.b
no, & in potentia virtutis eius. Induite Eſaiæ 40. g
vos armaturam Dei, vt poßitis ſtare Prou.14. c
aduerſus inſidias diaboli, & reſiſtere 2. Paralip. 16. c
in die malo, & in omnibus perfecti Iacobi 4. b
ſtare. 1. Petri 5. c

Vide Proſp. lib. 3. de vita contemp. ca. 29. & Ambroſium lib. 1. off. ca 35. & ſequent.

Fortis viri voces hæ ſunt propriæ. a *In Deo ſperaui non timebo* a Pſal. 55. a c
quid faciat mihi caro. b *Dominus pro-* b Pſal. 26. a
tector vitæ meæ, à quo trepidabo: Si c Pſal. 22. a
conſiſtant aduerſum me caſtra, nõ ti- d Rom. 8. g
mebit cor meum. c *Si ambulauero in* e Phil. 4. c
medio vmbræ mortis, non timebo ma- f 1. Regum 17. d. e
la, quoniam tu mecum es. d *Quis nos* 2. Reg. 14.
ſeparabit à charitate Chriſti: e *Om-* d. 16 b. c.
nia poſſum in eo qui me confortat. b. 23. a
Hoc eſt quod Rex f fortiſsimus Pſalm. 17. c
Dauid ad omnes Dei filios, ſuoſ- g Pſal. 30. d
que commilitones veluti claſsicũ h Pſalmo 107. d
canens dixit: g *Viriliter agite, &* Heb. 11. f. g
confortetur cor veſtrum, omnes qui Daniel. 3. b
ſperatis in domino. h *In te faciemus* 1. Machab. 2. b. f. g

Q 7 *virtutem* 2. Macha. 7.

a f. Actorum 4. c. 5. f. g. Apocal. 2. b. c. g. 3. a. c. d

virtutem,& ipſe ad nihilum deducet tribulantes nos.

Ea verò demùm vita homine Chriſtiano digna eſt, qua prudẽter, iuſtè, temperatè fortiterque viuitur: hinc aurea a mediocritas conſtat, vt ne quid nimis, & ne quid minus. Hoc eſt, quod ſcriptura loquitur: b *Ne declines ad dexteram, neque ad ſiniſtram.*

a Bern. li. 2 de conſideratione.
b Prou. 4. d

DE DONIS ET FRVCTIBVS SPIRITVS SANCTI.

I.

Quot ſunt dona Spiritus ſancti?

EA ſeptem apud Eſaiam a Prophetam & Eccleſiæ Patres inueniuntur: Spiritus Sapientiæ, Intellectus, Conſilij, Fortitudinis, Scientiæ, Pietatis, ac demũ Spiritus timoris Domini.

Quæ

a Eſai. 11. a & ibidem Hieron. Amb. lib. 1. de Spir. ſan ͨto c. 20. Angu. ſer. 209. de tẽpo. & 17. de ſanct. Itẽ li. 1. de ſer. Dom. in mõt. ca. 9. & lib. 2. de doct. Chriſt. c. 7. Greg. ho. 19. in Ezec. & lib. 1. mora. c. 28. Bern in ſer. de donis Spir. ſancti.

Quæ quidem dona, vel Spiritus b Orig. ho.
n Chriſto Ieſu Domino noſtro 3. in Eſai. &
o perfectius, quàm in vllo alio, homil. 6. in
reperiuntur. Is enim plenus c eſt Numeros.
gratiæ veritatis: in illo inhabi- c Ioan. 1. b
tat omnis plenitudo Diuinitatis d Col. 2. b
d corporaliter. De plenitudine e Ioan. 1. b
e eius nos omnes accepim⁹: f qui f 1. Ioã 4. c
& de Spiritu ſancto ſuo dedit no- g Rom. 8. b
bis. g *Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non eſt eius*, ſi Apoſtolo credimus.

II.

Quot ſunt fructus Spiritus?

AB eodem Apoſtolo a Paulo duodecim numerantur:

Primus eſt b Charitas, fructus quidem generoſiſsimus, ac radix etiam bonorum omnium: ſine c qua non poſſunt prodeſſe cætera bona, & quæ ipſa non poteſt haberi ſine cæteris bonis, quibus homo efficitur bonus, vt inquit d Auguſtinus.

Alter fructus eſt e Gaudiũ, hoc præſtans,

a Gal. 5. d. & ibidem Hier. Chry Theop. &c
b Col. 3. c. 1. Ioan. 4 c Aug. tract. 87. in Euã. Ioan. Hier. in cap. 7. ad Galat.
c 1. Co. 13. a Auguſt. in epiſt. Ioan. tract. 5.
d In Euan. Ioan. tract. 87.
e Phil. 4. a

præſtans, vt homo ſpiritualis ala-
f Lucæ 2. b criter læteque ſeruiat Deo.
Philip. 4. b Tertius f PAX, quę cōſpectat,
Pſal. 118. x vt in huius mundi procellis ani-
mi ſeruetur tranquillitas.
g Luc. 21. d Quartus g PATIENTIA,
Iacobi 1. a quæ in duris ferendis eſt ſita.
h Aba. 2. a Quintus h LONGANIMI-
2. Cor 6. b
Matth. 10. c TAS, quæ magnitudinem ani-
mi in futuris bonis expectandis,
declarat.
a Ephe. 5. b Sextus a BONITAS, quæ
nulli nocet, ſed benè vult om-
nibus.
b Colo. 3. b Septimus b BENIGNI-
TAS, inuitans ad familiarita-
tem, dulcis alloquio, & moribus
temperata.
c Matthæi 5. a. 11. d Octauus c MANSVETV-
Prou. 3. d DO, quæ omnes iræ motus ſe-
dat & mitigat.
d 1. Tim 3. c Nonus d FIDES in proxi-
Prouc. 12. d mū, vt fideles, pactorūq; ac pro-
miſſorum obſeruatores ſimus.
e Phili. 4. a Decimus e MODESTIA,
quæ

quæ omnem ſaſtus & arrogantiæ ſuſpicionem excludit.

Vndecimus f CONTINENTIA, qua non ſolùm ab eſcis, ſed etiã ab omni nequitia abſtinem9. f Eccl.37.d Tobiæ 1.b 1.Theſſ.5.d

Duodecimus g CASTITAS, quæ mentem caſtam in corpore caſto conſeruat. g Sap. 4.a 1.Cor.7.f

IIII.

Quomodo doctrina de donis & fructibus ſpiritus ritè vtemur?

ITa videlicet, ſi gratis animis, vnde illa nobis proueniant, agnoſcamus, ac eorundem virtutem & vſum in nobis efficacẽ ſentiamus, exprimamus atq; conſeruemus. Proueniunt certè ab omnis gratiæ fonte Patre a illo luminum, qui nobis ſuam bonitatem & charitatem immẽſam in his cõmẽdat, dum per Chriſtum in nos b tam abundè Spiritum ſuum effundit. c *Charitas enim Dei*, vt Apoſtolus teſtatur, *diffuſa eſt in cordib9 noſtris per Spiritum ſanctum, qui da-* a Iacob.1.c b Tit.3.b c Rom.5.a

tus

tus eſt nobis, ſecundum hanc gratiam ſcilicet ſeptiformem, Chriſto nobis ita promerente. d *Qui credit in me*, inquit, *ſicut dixit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum*, vt ipſe explicat Euangeliſta. Alioquin abſque Chriſto, ſicut Hieronym9 e dixit, nec ſapiens quis eſſe poteſt, nec intelligens, nec conſiliarius, nec fortis, nec eruditus, nec pius, nec plenus timoris Dei.

d Ioan.7.f

e In cap. Eſaiæ 11.

Virtus autem, & vſus horum donorũ ſpiritualiũ eò ſpectat, vt virtutes Theologicæ ſimul & Cardinales, quas diximus, ſuá in nobis vim & operationẽ legitimam expediant, & expeditè pficiant. Efficiunt quoque, vt homines prorſus lubẽtes & habiles ducem f ſpiritum ſanctum vbiq; ſequantur, atque eodem incitati & confirmati, in via g mandatorum Dei indefeſsè procurrant, vere-

f Pſalmo 142.c.50.c Sapi.1.a.b

g Pſal.118.d

vereq́; ſpirituales & Dei filij efficiantur. h *Quicunque enim Spiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei*, Apoſtolo teſte. h Rom. 8.c

De his donis prolixum eſſet nunc agere ſingulatim: inde porrò ſuauiſsimi fructus Spiritus cõſequuntur, qui nos veluti frugiferas a arbores in Eccleſię agro cõmendant atque oſtendunt, ſecundum illud: b *Omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit. Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos.* Qui fructus etiã illud commodi afferũt, vt homo Chriſtian9 aduerſus carnis opera, velut ſpirituali quadam armatura, ſit inſtruct9 & cõfirmatus. Nunquam enim fallit canon Apoſtolicus: c *Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis*. Et alibi ſcriptum eſt, d *Si ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.*

a Pſal. 51.c

b Matt 7.c Hieron. in ca. 5. ad Galatas.

c Gala. 5.e

IIII.

Quæ ſunt carnis opera?

EA ſunt, de quibus Apoſtol9 ita diſſerit: a *Manifeſta ſunt opera carnis: quæ ſunt, Fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, cōtentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, commeſſationes, & his ſimilia: quæ prædico vobis, ſicut prædixi, quoniā, qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.* Et ſubiūgit: b *Qui autem Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs.* Tum alibi: c *Qui in carne ſunt*, vt ſecundum carnis videlicet deſideria ambulent, *Deo placere non poſſunt.* Monet igitur idem Apoſtol9: d *Nolite errare: Deus non irridetur. Quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet: quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionem. Qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam.*

a Gal. 5. c. d Vide Aug. lib. 14. de ciuitat. Dei, cap. 2. & 3.

b Ibidem d

c Rom. 8. Auguſt. de verbis apoſtoli ſer. 6.

d Gal. 6. b.

DE

DE OCTO BEATITVDINIBVS.

I.

Quænam ſunt euangelicæ legis Beatitudines?

Vide Aug. li. 1 de ſer. domini in monte, ca. 2. & ſeq. Chromat. epiſcopum in declamatione de octo beatitudinib. Leonem in ho. omnium ſanctorum. Item Bernard. ſer. 1. de feſto omnium ſanct. & ſerm. 4. de aduentu Domini.

ILlæ ſanè ſunt, quas & Dominicas beatitudines, & benedictiones Ambroſius a vocat, quæ apud b Matthæum Euangeliſtam octonario numero recenſentur in hunc modum.

a Ambroſ. in 6 cap. Lucæ. b Matthæi 5. a. & ibidem Hilarius. Chryſoſtom. Hieronymus, Chromatius, Theophilactus, Euthymius, Anſelmus, & cæt.

1. *Beati* c *pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.* c Lucæ 6. c Eſaiæ 66. a Iacobi 2. a Matth. 18. a
2. *Beati* d *mites: quoniam ipſi poßidebunt terram.* d Pſal. 36. b Matt. 11. d
3. *Beati* e *qui lugent: quoniam ipſi conſolabuntur.* Pſalm. 26. d e Lucæ 6. c f 1. Reg. 15. g Ioan. 16. c. Eſaiæ 61. a. Matt. 26. g

fSapie.1.a 4. *Beati f qui eſuriunt & ſitiunt iu-*
Pſalm.15.b *ſtitiam: quoniã ipſi ſaturabũtur.*
16.d 5. *Beati g miſerirordes: quoniã ipſi*
Eſaiæ 65.b *miſericordiam conſequentur.*
g Pſal. 40.a 6. *Beati h mundo corde: quoniam*
Prou.11.c
Eccle.29.b *ipſi Deum videbunt.*
Lucæ 6.c 7. *Beati a pacifici: quoniã filij Dei*
h Pſal. 23.a *vocabuntur.*
Pſalm. 50 c 8. *Beati b qui perſecutionem pati-*
a Pſal.36.d
Ioan.14.d *untur propter iuſtitiam: quoniã*
b Lucæ 6.c *ipſorum eſt regnum cælorum.*
1.Petri d. c. 2.Tim.3.c. Actor. 14. d. Aug. de ſerm.
Domini in monte li.1.cap.9.

II.

Quare hæc de beatitudinibus doctri-na eſt obſeruanda?

a Eſai. 33. d QVoniam prima & maxima
Iaco.4.c pars eſt legis euágelicę, quá
Matt. 5.a Chriſtus a Legiſer noſter in mõ-
te tradidit ore ſuo ſacroſancto, vt
cõſiderarẽt omnes, quid Chriſtia-
b 2.Tim. na iuſtitia vltra fidem complecta-
4.b. tur & poſtulet: deinde ſcirẽt, quo
c 2.Ioan. c modo iuſtis corona iuſtitiæ, vt
piſt.c. Paulus b vocat, vel merces c ple-
Lucæ 6.c
na

na æternaq; non ſine labore d obueniat. Nam hinc etiam Iacobus affirmat, e *Beatus vir, qui ſuffert tentationem: quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.*

d 1. Cor. 3. b Matt. 11. b Lucæ 16. d

e Iacob. 1. b

III.

Quid verò circa hãc de beatitudinibus doctrinã præcipuè notandum eſt?

PRimùm quidem obſeruari debet, grad9 inter eas diſtinctos eſſe, vt ex ipſo tũ numero, tũ ordine ꝑſpicitur. Deinde quolibet in gradu cõiũctim duo proponũtur, quorum alterum ipſe ſit actus virtutis, ſeu meritum, & Beatitudo (vt nuncupant) huius vitæ: alterum verò æternæ vitæ præmium ſuo merito congruens, quam beatitudinem patriæ licet appellare. Sicuti autem prior pars laborem & difficultatem offert credentibus: ita poſterior quæ ſtatim in ſingulis gradibus adijcitur, magnitudine propoſiti præmij conſolationem admiſcet,

Amb. in 6. ca. Lucæ.

lenit-

lenitque labores, ſudores & agones in Chriſtiana militia omnibus perferendos. a *Non enim coronabitur, niſi qui legitimè certauerit*: b *Vnuſquiſq; propriā mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem*. c *Quæ ſeminauerit homo, hæc & metet*, vt conſtanter gentiū Doctor aſſeuerat. Quamobrem Dominus, priuſquā d tremendum ſe iudicem orbi ſiſtat, ad expectationem aduentus ſui nos omnes his verbis excitat: e *Eccè venio citò*, inquit, *& merces mea mecum eſt reddere vnicuiq; ſecūdū opera ſua*. f *Qui vicerit, dabo ei ſedere mecū in throno meo*: quæ demū ſumma, ęterna & abſoluta eſt beatitudo. At vana eſt g prorſus mūdi de beatitudine ſententia, quæ permultos interim fallit ac perdit. Nā beati ferè vulgò putantur dites, p̄potentes, gloria & authoritate clari, bonis fortunæ affluētes, voluptatibꝰ indulgētes. Verùm Chriſtus h væ væ iſtis opponit,

a 2.Tim. 2 a
b 1. Corin. 3 b
c Gala. 6. b
d Hebræ. 10. c. g
Acto. 17. g
e Apo. 22. c
f Apo. 3. d
Matt. 19. d
Lucæ 22. c
g Eccl. 2. a
b. 11. d
Pſalmo 143 c. d
Sap. 2. a. b
h Luc. 6. d
Eſaiæ 5. b. c
d. 65. b. c
Amos 6. a. b

nit & liberè ſic Eſaias [a] acclamat: *a Populemeus qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt, & viam greſſuum tuorum diſsipant.* [b] *Beatus populus, cuius Dominus Deus eius*, nimirum vt authorem ſuum bene beatcque viuendo ſemper prædicet.

a Eſaiæ 3. c
b Pſalmo 143. d 32, c Et ibid. Auguſt cōc. 2. in Pſalmū 118, concione 1.

DE CONSILIIS EVANGELICIS.

I.

Quæ dicuntur Euangelica Conſilia?

EA videlicet,[a] quæ cum ad ſalutem conſequendam ſimpliciter neceſſaria non ſint, tamen vt parādæ ſalutis ratio expeditior habeatur ac facilior, à Chriſto proponuntur atque conſuluntur.

a Aug. ſer. 61. de tempore. & in enchirid. cap. 121. Item lib. 1. de adulter. coniugijs, 14, Idem li. cap. 14, & li. de ſancta virginitate ca. 2, quæſtionem Euangelic. cap. 19. & Paulin. ad Seuerum epiſt. 4.

Vnde diſcrimen, quod ſcriptura inter præcepta, & conſilia

b 1.Cor.7.d Matthæi 19 c.16.d Lucæ 10.f

b ſtatuit, eſt ſedulo retinendum, vt illa quidem, tanquam obſeruatu neceſſaria. præſcribi: hæc vero vt perfectam præceptorum obſeruationem promouentia ſuaderi, ac c ſponte ſuſcipi intelligamus.

c 1. Corin. 9.b.c Matt. 26.a Marci 14.a 2. Reg. 8, b Gene. 8 d Num. 6.a d 1.Corint. 7.d Cyp.in ſer. de natiuit. Chriſti. e Serm. 61. de temp.

Hinc Apoſtulus, quum de obſeruando cœlibatu docere vellet, ita pronunciat: b *De virginibus præceptum Domini non habeo: conſilium autem do, tanquam miſericordiam conſecutus à Deo, vt ſim fidelis.* Quo ſpectat quod Auguſtinus perſpicuè dixit: e Aliud eſt conſilium a aliud præceptum. Conſilium datur, vt virginitas conſeruetur, vt vino & a carnibus abſtineatur, vt vendantur omnia, & pauperibus erogentur: Præceptum vero datur, vt iuſtitia cuſtodiatur, vt omnis homo diuertat a malo, & faciat bonum. Et rurſum: f Conſilium qui libenter audierit & fecerit, maiorem habebit gloriam: Præceptum qui non impleuerit, niſi pœniten

f Ibidem.

nitentia ſubuenerit, euadere pœnam non poterit. Auguſtino conſonat Ambroſius, cum ita ſcribit: g Non præcipitur quod ſupra legem eſt, ſed magis dato ſuadetur conſilio, & quod totius eſt, demõſtratur. Item: Conſilium inuitat voluntarios: præceptum etiam adſtringit inuitos. Neque aliter ſenſit Hieronymus, vt hæc eius verba h declarant: Vbi conſilium datur, offerẽtis arbitrium eſt: vbi præceptum, neceſsitas eſt ſeruiẽtis. Sed maioris eſt mercedis, inquit, a quod non cogitur & offertur

g Amb. ep. 82. ad eccleſiam Vercellenſem. Vide eundem in lib. de viduis.

h Li.1, aduerſus Iouinianum.

a Ep.22. ad Euſtoc. de virgin. cuſtodia.

II.

Quot ſunt Euangelica Conſilia?

OMNIA enumerare hoc loco non attinet: principalia vero tria ſunt, de Paupertate, Caſtitate & Obedientia complectenda, ſicut è ſacris literis Patres intellexerunt. a Paupertas ad eos pertinet, qui ſemel omnia relinquunt,

a Mat.19.c. Act.4.g. Vide vitã S. Antonij: Hila. Chryſoſt. Paulini Aug. Benedict. Gregor. Ioſap. Damaſceni &cæt.

vt Chriſtum exemplo Petri & Apoſtolorum perfectè ſequantur.

b Mat.19,b Euſeb.li. 2, hiſt.ca.16, & Nicep.li. 2.ca.16, ex Philone de vita contē. c Lib.1.ad vxorem. d Matth.16 c.d Lucæ 9, c e Eccl.18. d Gala.5,c Baſil.in regulis breuiorib.quæſtione 96.

b Caſtitas eorum eſt, qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cęlorum,&,vti Tertullianus c dixit, ſe voluntarios probant ſpadones. Obedientiam vero præſtant, qui vt ſeipſos plenè d abnegent, non ſolum â cupiditatibus, verumetiam voluntate ſua, quod ſcriptura e admonet, prorſus auertuntur, dum eius, quem ſibi ſuperiorem Chriſti loco elegerunt, voluntati ſeſe totos ſubijciunt.

f 2.Cor.8.b g Matt.8.c h Eſaiæ 7.c a Hier.epi. 22, ad Euſtoc.Amb. li.1. de virginibus & ſerm.90.

Huiuſmodi conſilia Chriſtus perfectionis Euangelicæ abſolutum exemplar, non verbo tantum docuit, vti mox oſtendemus, ſed etiam exemplo vitæ ſuæ ſanctiſsimæ nobis confirmauit, qui cum f diues eſſet, propter nos pauper factus eſt, non g habens vbi caput reclinaret: qui Virgo etiá ex virgine h natus, & ſanctarum virginum a ſponſus perſeuerat: qui tam

tam ſedulus demum in præſtanda obedientia fuit, vt [b] matri Virgini adeoque Fabro ſubditus, & ad [c] mortem vſque crucis obediens factus. de ſeipſo teſtetur: [d] *Deſcendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me.*

b Lucæ 2.g Matt.17.d c Phili.2.b Matt.26.d Rom.5.d d Ioan.6.d 4.c.5.c

III.

Vbi conſilium paupertatis euangelicæ à Chriſto docetur?

APud [a] Matthæum eo in loco oſtenditur, qui ſequitur diuinorum præceptorum enumerationem: de quibus præceptis vnicuique citra exceptionem dictum eſt: *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* Ac deinde conſilium de vo ũtaria paupertate ſectanda [b] proponitur, addita verborum formula ſingulari, quæ illud capeſſentis arbitrio relinqueret: Ait enim Dominus: [c] *Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum*

a Mat.19.c b Hier.ad Heliod. Itē in cap.19. Matt.& ad Demetriadē deſeruāda virgin. quæſt.1. ad Hedibiā.& ad Pāmsch, ſup obitu Paulinæ. Damaſ.in biſt. Barlaā & Ioſaphat Chryſ.in il Ind Pauli. Salutare Priſcam & Aquilam.

c Ibidem. Lucæ 18. e Marci 10. d Et ibidem Beda & Theophyl.

in cælo: & veni, ſequere me. Vbi non ſolum ita conſulit Dominus, verumetiam quaſi calcar addit, & vt homines ad conſilium hoc amplectendum lubentiores faciat, præmij proponit magnitudinẽ, quo eos alliciet atque conſoletur. Sic enim fore promittit, vt qui omnibus propter Chriſtũ relictis pauper eſt, is habeat theſaurum in cęlo, accipiat [d] centuplum, & poſsideat vitam æternam, quæ diuitibus alioquin aditu eſt [c] perdiffi-cilis.

d Mat. 19. d & ibidem Hierõ. Eu thy. & Anſelmus. Itẽ Theoph. & Beda in Marc. & Lucã. Caſſia. Col. 24. cap. 26. Greg. ho. 18, in Ezech. Bernar. in declam. de deferẽd. facult. c Matt. 19. c

f Aug. li. 17 de ciuit. dei ca. 4.

Huiuſmodi paupertatis cultores ac [f] profeſſores erãt Apoſtoli, quorum nomine fidenter dixit Petrus ad Chriſtum: [g] *Eccè nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.* His accedunt naſcentis Eccleſiæ Chriſtiani, qui, vti Lucas [h] teſtatur, vendebant poſſeſsiões. & pecuniam ex his conflatam, in com-

g Ibidem d

h Actor. 4. g. 2. g

munem

munem vſum conferebant. ita vt nemo ſuum eſſe diceret aliquid, quoniam indiſcretè & communia apud ipſos manebant omnia.

Hieron. ad Demetriadem, & in catal. virorum illuſt. de Philone

Quæ paupertas id demum requirit, vt voluntaria, plenaque ſit abdicatio facultatum, quarum nulla a proprietas retineatur. Atque hic locum habet celebris & antiquis probata ſententia: b Bonum eſt facultates cum diſpenſatione pauperibus erogare: melius eſt pro intentione ſequendi Dominum in ſimul donare, & abſolutum â ſolicitudine, cum Chriſto egere.

Aug. in ep. 89. ad Hielarium. Poſsido. in vita Auguſtini ca. 5. Caſſ li. 7, & Coll. 3, a Actor. 5, a Hieron. ad Demet. Baſil. in cõſti. exercitatorijs ca. 19, & 35, Itẽ quæſt. 85, compend. explic. Auguſt. epi, 109. ſerm. 1. de communi vita cleric. Item lib. de mor. eccleſ. cathol. ca. 31. Hieron. ad Euſtochium. Gregor. 4. dialog. ca 55. & li. 10. epi. 22. b Lib. de eccleſ. dogmat. ca. 71, & Hiero. aduerſus Vigilant. Proſp. li. 2, de vita cõtemp. ca. 9. Aug. lib. de bono coniug. cap. 8.

IIII.

Vbi caſtitatis conſilium commendatur?

TVm in Euangelicis, tum in apoſtolicis literis. Laudat ergo [a] Chriſtus illud genus Eunuchorum, qui propter Regum cælorum ſeipſos caſtrauerunt. Et ne preceptũ hoc eſſe magis quam cõſilium putaremũs, mox ſubijcit: *Qui poteſt capere, capiat*. Quæ vox quaſi hortantis eſt Domini, vt recté [b] Hieronymus interpretatur, & milites ſuos ad pudicitiæ præmium concitantis: perinde ac ſi dicat. Qui poteſt pugnare, pugnet, ſuperet ac triumphet. Id ille poteſt, cui [c] datum eſt: datur autẽ omnibus qũi, vt [d] Hieronymus idem teſtatur, petierint, qui voluerint, qui, vt accipiant, laborauerint. Omni enim petenti [e] dabitur, & quærens inueniet, & pulſanti aperietur.

a Mat 19. b Iſaiæ 56. b & ibidem Hieron. & li. 1. aduerſ. Iouin. Baſil. de virginitate. Epiph. hæreſi 58, contra Valeſios. Aug. de ſancta virgin. ca. 25. & 26.

b In ca. 19. Matt. & li. 1. aduerſus Iouin. Cyp in tract. de diſciplina & habitu virginum.

c Sap. 8, d

d In cap. 19 Matth. & Orig. tract. 7. in Matthæum. Aug. lib. 6. confeſſ. cap. 11, Chryſoſt. hom. 63, in Matthęum Nazian: in oratione in dictum Euang. Matt. 7. a Lucæ 11. b Triden. ſeſſ. 24.

Cui

Cui quidem caſtitati præmium diuina ſcriptura decernit, ſingulare autem virginum caſtitati. Etenim [f] qui cum mulieribus nõ ſunt coinquinati, ſed virgines permanſerunt, ſine macula ante thronum Dei aſsiſtunt, cantantq́ue nouum canticum coram Deo & Agno, ac ſequuntur Agnum quocunque ierit.

Auguſtin.lib.de ſancta virgin.ca.14,& 27.& ſeq. Greg.in 3. parte curæ paſtor, admon 29.

Apoſtolus vero planiſsimè dixit: [g] *Bonum eſt homini mulierem nõ tangere*: Ac rurſum: [h] *De virginibus præceptum Domini non habeo: conſilium autem do, tanquam miſericordiã conſequutus à Deo, vt ſim fidelis. Exiſtimo enim hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſsitatem: quoniam bonũ eſt homini ſic eſſe.* Atque iterum de vidua ſcribens, [a] *Cui vult*, inquit, *nubat, tantùm in domino.* [b] *Beatior autem erit, ſi ſic permanſerit, ſecundum meum conſilium. Puto autem, quod*

f Apo.14. a Eſaiæ 56. b Pſal.44.c Cyril. cateche.4, & 15 illumin. Martial.in epi.ad Toloſan.ca.5. & 10. Hieron. in epi: ad Philem.

g 1.Cor.7 a h ibidem e Vide Hiero.li.1.aduerſ.Iouin. Ambr.in 1. Cor.7.& ibid.Theodore.Itẽ e. undẽ in epiſto.di.inde cret.ca.de virgi. Chryſoſt.in li.de virgin.r. a Ibidem g & Iudith 8. a

& ego Spiritum Dei habeam. Apoſtolo pulchrè ſuffragatur b Ambroſius, vbi in hæc verba ſcribit: Iure laudatur bona vxor, ſed melius pia virgo præfertur, dicente apoſtolo: *Qui iūgit virginem ſuam, bene ſacit: & qui non iungit, melius facit*: Hæc enim cogitat quæ Dei ſunt, illa quæ mundi: illa coniugalibus vinculis colligata eſt, hæc libera vinculorum: illa ſub lege, iſta ſub gratia. Bonum coniugium, per quod eſt inuenta poſteritas ſucceſsionis humanæ, ſed melior virginitas, per quam regni cæleſtis hæreditas acquiſita, & cæleſtium meritorum reperta ſucceſſio. Per mulierem cura ſucceſsit. per virginem ſalus euenit. Ita Ambroſius.

a 1. Cor. 7. f 1. Tim. 5. c. Lu. 2, c

b Amb. in epi. 81. ad Syricium Papā, & 82 ad Vercell.

c 1, Cor. 7. g

Legatur idem Amb. de viduis. & in 3. lib. de virginibus, Itē in exhort. ad virgines. & in inſtitut. virginis. Et Damaſus libro 4. orthodoxæ fidei, Pręterea Athanaſius, Baſilius, Nazianzenus. Auguſtinus, de virginitate. Item Fulgētius epiſt. 3. ad Probam. Hieron. ad Euſtochium, & li. 1, contra Iouin. Item in Apol pro libris. cont. Iouin. Ignat. ad Philadelphien. Cypri. de bono pudicitiæ, Iſidorus li. 2, de ſummo bono cap. 40.

Requi-

Requirit autem iſthæc Caſtitas. vt quis conſilio deliberato atque conſtanti ab omni carnis ſorde, ſeu Venerea voluptate incorruptus viuere ſtudeat, atq; vitam cœlibem agat cõtinenter: vt ſit ſanctus, [c] & corpore, & ſpiritu propter Chriſtum. Eoq; ſpectans apoſtolus dixit: [f] *Qui ſtatuit in corde ſuo firmus, nõ habens neceßitatem, poteſtatem autem habens ſua voluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo ſeruare virginem ſuam, bene facit.*

d Baſ. ſer. 2 exercitam. pietatis, & in præfat. cõſtitut. exercitatoria rũ Caſsiã. col. 12. ca. 4 c 1 Cor. 7. f 1. Co. 7 g Baſilius in pſalm. 44.

V.

Quomodo conſilium Euangelicum de obedientia nobis proponitur?

CHRISTVS Dominus primum exemplo vitę ſanctiſsimæ, ſicut ante meminimus, deinde verbo ſuo huius obedientię rationẽ perfecta nobis propoſuit atque cõmendauit. Venit enim non ſuam

De obediẽtię laude & pfect. Vide Aug. li. 14, de ciui. Dei c. 12. Hierò, ep. 8. ad Demetriad. Greg. li. 35, moral. c. 12 Itẽ in 1 Re. li. 2, c. 4. l. 4 c. 5. & 1 6, c. 2, Caſſ li. 4 cã, 10, col. 2 ca 11, & col, 4 c. 20. Bern. in ſer. de trib. ordinibus eccl. Item ad milit. templi, ca. 31, & in ſer. de virt. obediens.

ſuam a facere voluntatem, ſed Patris, & eorum, quibus fuiſſe b ſubditus legitur. venit idem c miniſtrare, & non miniſtrari, adeo vt humiliarit ſemetipſum, factus d obediens vſq; ad mortem, mortē autem crucis. Tum ad ſui imitationem nos verbo excitans, dixit: e *Si quis vult venire poſt me. abneget ſemetipſum, & tollat crucē ſuā, & ſequatur me.* Quæ verba, vt generatim ad oēs dicta, rectè quidem poſſunt accipi, ſed peculiariter tamen atq; perfectius ad eos pertinent, qui pro ſuo modulo ſe Chriſto ita conformant, vt nulla in re ſui eſſe iuris velint. & alieno potius, quam ſuo arbitratu viuere ſatagunt, dum alterius, quē Chriſti loco ſibi præpoſuerunt, voluntatem & imperium vltro ſequuntur, Horum præfectus, vti Baſilius f docet, Chriſti perſonam obtinet,

a Ioan.6.d 4.c.5. b Lucæ 2.g Bern.ſer.3. de circūciſione Dom. c Mat.10.d Lucæ 22.c d Phili.2.b e Mat.16.d Lucæ 9.c Hieron.ad Ruſticū monach.epi.4 Baſil.ſer.2. & 5.exercitamētorū pietatis.]& quæſt.96. compēdio expli. Item in conſtitutionibus exercitatorijs ca.23. Greg.li.22 moral.c.[21 Nicep.li.11 eccſle. hiſt. ca.37. f Baſil.ca.22.in conſt. monaſt.c. 13.1.Reg.15c.Eccl.4.d Lu.10.c.Epheſ.6.a.Coll.3.d

net, ac veluti mediator Dei & hominum factus, ſalutem obedientium, Deo ſacrificat. Vnde quemadmodum oues paſtori obediunt ea pergentes via, qua paſtor ipſas duxerit, ita conuenit huiuſmodi pietatis exercitatores ſuis obedire pręfectis, non curioſè inueſtigando pręcepta, vbi à peccato aliena fuerint: ſed cum omni alacritate ac ſtudio explendo ea, quę demandantur. De quo præfecto ſic etiam poſt Baſilium Bernardus f affirmat: Ipſum quem pro Deo habemus, tamquã Deum in his, quæ non ſunt apertè contra Deum, audire debemus.

f Bernar. in tract. de pręcep. & diſpenſ. Vide eũdẽ in epiſt. 7. ad Adam monachum.

Huiuſmodi autem g fideles & excellẽtes Chriſti imitatores, qui

 dictis

g Philo in lib. de vita contemplatiua & ex eodem Euſebius & Niceph. Ioſephus lib. 18. antiquit. ca. 2. & li. 2. de bello Iuda. cap. 7. Epiph. hęr. 29. Hieron. ad Euſtoc. de cuſtod. virginit. Item de viris illuſt. in Philone, & Marco. Dionyſ. de eccleſ. hierar. cap. 6. Euſebius lib. 1. demonſt. euangelicarum ca. 8. Aug. de morib. eccle. cath. ca. 31. & 33. Caſſ. collat. 18 cap. 4. & ſequent. Nazian. in vita

dictis conſilijs obſeruandis feriò vacarent, vti veteres oſtendunt annales, Eccleſia ſemper habuit, & in his delectos probatosq; cœtus piorum ac religioſorum hominum, qui ſupra vulgi morem ac exemplum, abdicatis ſemel bonis omnib9, & relictis carnis illecebris, ex profeſſo ſtuderẽt ſanctæ obedientiæ: eò videlicet ſpectantes, vt ad Chriſti obedientis exemplar, & ad Euangelicæ normę pfectionem ſeſe totos cõponerent, nullumq́; propriæ volũtati locũ relinquerent. Cuius rei teſtes perquàm idoneos habem9 Baſilium. Auguſtinum, Hieronymum, Benedictum, Gregorium, Caſsianum, Bernardum, aliosque innumeros Enangelicæ perfectionis profeſſores, & monaſtici inſtituti tum defenſores, tum obſeruatores integerrimos.

Baſil. Athanaſ. in vita Antonij. Sulp. in vita Martini. Iſid. li. 2. de off. eccl. ca. 15. Sozom. l. 1. hiſt. c. 12. Greg. in 2. li. dialog. Chryſ. ad uerſ. vitup. monaſt. vitæ, & hom. 56. ad pop. & ſequen. Item ho. 14 in 1. ad Timoth. Bernat. in Apolog. ad Guiliel. abbatẽ & hom. de bonis margaritis.

VI.

Quid ſummatim de Conſilijs Euangelicis eſt ſentiendum? a 1.Ioã.2.c

HOC nimirũ, quòd ſint incitamenta, & ſubſidia quędam commoda admodum, & quę infirmis aduerſus a mundi, carniſque illecebras arma prębeant: quæ bonorum conatus in curſu veræ pietatis ad meliora proueliant: quæ Spiritum ad præſtanda Religionis diuiniq́ue cultus officia expeditiorem reddant, & quę inſuper, vt oſtendimus, ad ęternę vitæ mercedem, ac gloriam in cælo b pleniorem conſequendam conferant.

Lucæ 14.d e.f.g.8.b. Mat.19.b.c 13.c. 1.Cor.7.f Eccl.31.a Prou.29.c Iudic.17.c Gala.5.b c.d.Greg.l. 26.moral. cap.25. c 1.Cor.13.a 1.Ioan.2.a Colloſ.3.c Auguſt. de mor. eccle. cathol.c.33 d Lucæ 9.c e 2.Cor.8.b Matth.8.c f 1.Pètri 1.c g Lucæ 2.g h Phili.2.b

Ac ſumma quidem Euangelicæ perfectionis in eo verſatur, vt, quàm maximè poſsis, ad c charitatem contendas, Chriſtumq́ue d imiteris. Imitaris aũt, ſi Chriſto & e pauperi, & f virgini, & alijs g ſubdito, & ad mortẽ vſq; crucis h obediẽti, ꝓ tua virili te ſtudeas

con-

a 1.Pet. 2.d b Phili.3.c Pſalm.83.c Berna. epi. 253. ad Garinum Abbatē. & ep. 341.ad monachū ſancti Bertini. itē ſer. 2.de purifica. B. Mariæ. Aug. epiſt. 137.ad Hipponenſes. c 1 Co.12. d d Luc.10.d e Apoc. 2.c

a conformare: ſi cū Apoſtolo itidē b Paulo, neglectis ijs, quę retrò ſunt, indefeſſo labore ad anteriora contēdas, & ad ſupernę vocationis brauium te extendas indies, voluntate interim propria in totum, quoad eius fieri poteſt, abdicata, ac homini propter Deum ſubiecta, vt c æmuleris vſque meliora chariſmata, d partemque optimā tum eligas, tum bona fide in finem e vſque conſerues.

DE QVATVOR HOMINIS NOVISSIMIS.

I.

Quæ dicuntur quatuor hominis nouiſſima?

a Eccl.7.d. 28.a.38.b Deut.32.d Proue.19.c Bern. in ſer mo. de primord. medijſque & nouiſsimis

HAEC videlicet: Mors, Iudicium, Infernus & Regnum cœlorum: dicta quidem a nouiſsima, quòd inter cætera omnia quę homini accidere poſſunt, extremum planè locum ſibi vendicēt.

Mors

Mors enim, vt dici ſolet, eſt vltima rerum linea, Mortem ſequitur b Iudiciũ Dei, ſicut & Paul9 his verbis oſtendit: b *Statutũ eſt omnibus hominibus ſemel mori: poſt hoc aũt iudicium*, tum c ſingulare ſcilicet, quod vnuſquiſque moriens excipit, tum illud extremum & vniuerſale, quod omnes ad mundi finem expectat, vt ſupra d indicauimus.

b Heb. 9. g Aug. li. 2. de anima & eius origine ca. 4. Item tract. 49. in Ioã. Chryſ. ho. 14. in Mat. d In Symbolo.

Iudicantur autem alij, quos in mortali peccato mors opprimit, vt e pœnis apud inferos ꝑpetuis addicantur: alij, quos ex hac vita migrantes ornat f nuptialis illa veſtis charitas, vt vita in cœleſti regno perbeata fruantur. Hoc eſt quod euangelica veritas aſſerit: g *Procedent qui bona fecerunt, in vitam æternam: qui verò mala, in ſupplicium æternum.* h *Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum Angelis ſuis: & tunc reddet vnicuique ſecundum opera eius.*

e Lucæ 16. Matt. 25. c f Mat. 22. b Aug. lib. poſt collat. con. Donatiſt. ca. 20. Greg. ho. 38 in euang. g Ioan. 5. e Matt. 25. d h Mat. 16. d

Quo-

TVm in Euangelicis, tum in apoſtolicis literis. Laudat ergo [a] Chriſtus illud genus Eunuchorum, qui propter Regum cælorum ſeipſos caſtrauerunt. Et ne pręceptũ hoc eſſe magis quam cõſilium putaremus, mox ſubijcit: *Qui poteſt capere, capiat*. Quæ vox quaſi hortantis eſt Domini, vt rectè b Hieronymus interpretatur, & milites ſuos ad pudicitiæ præmium concitantis: perinde ac ſi dicat. Qui poteſt pugnare, pugnet, ſuperet ac triumphet. Id ille poteſt, cui c datum eſt: datur autẽ omnibus qũi, vt d Hieronymus idem teſtatur, petierint, qui voluerint, qui, vt accipiant, laborauerint. Omni enim petenti e dabitur, & quærens inueniet, & pulſanti aperietur.

a Mat 19. b Iſaiæ 56, b & ibidem Hieron. & li. 1. aduerſ. Iouin. Baſil. de virginitate. Epiph. hæreſi 58, contra Valeſios. Aug. de ſancta virgin. ca. 25, & 26.

b In ca. 19. Matt. & li. 1. aduerſus Iouin. Cyp in tract. de diſciplina & habitu virginum.

c Sap. 8, d

d In cap. 19 Matth, & Orig. tract. 7. in Matthæum. Aug. lib. 6. confeſſ. cap. 11, Chryſoſt. hom. 63, in Matthęum Nazian: in oratione in dictum Euang. Matt. 7. a Lucæ 11. b Triden. ſeſſ. 24.

Cui

Cui quidem caſtitati præmium diuina ſcriptura decernit, ſingulare autem virginum caſtitati. Etenim [f] qui cum mulieribus nõ ſunt coinquinati, ſed virgines permanſerunt, ſine macula ante thronum Dei aſsiſtunt, cantantq́ue nouum canticum coram Deo & Agno, ac ſequuntur Agnum quocunque ierit.

Auguſtin. lib. de ſancta virgin. ca. 14, & 27. & ſeq. Greg. in 3. parte curæ paſtor, admon. 29.

Apoſtolus vero planiſsimè dixit: [g] *Bonum eſt homini mulierem nõ tangere*: Ac rurſum: [h] *De virginibus præceptum Domini non habeo: conſilium autem do, tanquam miſericordiã conſequutus à Deo, vt ſim fidelis. Exiſtimo enim hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſsitatem: quoniam bonũ eſt homini ſic eſſe.* Atque iterum de vidua ſcribens, [a] *Cui vult*, inquit, *nubat, tantùm in domino. Beatior autem erit, ſi ſic permanſerit, ſecundum meum conſilium. Puto autem, quod*

f Apo. 14. a Eſaiæ 56. b Pſal. 44. c Cyril. cateche. 4, & 15 illumin. Martial. in epi. ad Toloſan. ca. 9. & 10. Hieron. in epi. ad Philem.

g 1. Cor. 7 a h ibidem c Vide Hiero. li. 1. aduerſ. Iouin. Ambr. in 1. Cor. 7. & ibid. Theodore. Itẽ eundẽ in epiſto. di. in decret. ca. de virgi. Chryſoſt. in li. de virginit.

a Ibidem g & Iudith 8. a

Requirit autem iſthæc Caſtitas. vt quis conſilio deliberato d atque conſtanti ab omni carnis ſorde, ſeu Venerea voluptate incorruptus viuere ſtudeat, atq; vitam cœlibem agat cōtinenter: vt ſit ſanctus, e & corpore, & ſpiritu propter Chriſtum. Eoq; ſpectans apoſtolus dixit: f *Qui ſtatuit in corde ſuo firmus, nō habens neceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo ſeruare virginem ſuam, bene facit.*

d Baſ. ſer. 2 exercitam. pietatis, & in præfat. cōſtitut. exercitatoria rū Caſsiā. col. 12. ca. 4 e 1 Cor. 7. f 1. Co. 7 g Baſilius in pſalm. 44.

V.

Quomodo conſilium Euangelicum de obedientia nobis proponitur?

CHRISTVS Dominus primum exemplo vitę ſanctiſsimæ, ſicut ante meminimus, deinde verbo ſuo huius obedientię rationē perfecta nobis propoſuit atque cōmendauit. Venit enim non ſuam

De obediētię laude & pfect. Vide Aug li. 14, de ciui. Deī c. 12. Hierō, ep. 8. ad Demetriad. Greg. li. 35, moral. c. 12 Itē in 1 Re. li. 2, c. 4. l. 4 c. 5. & l 6, c. 2, Caſſ li. 4 ca. 10, col. 2 ca 11, & col, 4 c. 20. Bern. in ſer. de trib. ordinibus eccl. Item ad milit. templi, ca. 31, & in ſer, de virt, obediens.

ſuam a facere voluntatem, ſed Patris, & eorum, quibus fuiſſe b ſubditus legitur. venit idem c miniſtrare, & non miniſtrari, adeo vt humiliarit ſemetipſum, factus d obediens vſq; ad mortem, mortẽ autem crucis. Tum ad ſui imitationem nos verbo excitans, dixit: e *Si quis vult venire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat crucẽ ſuã, & ſequatur me.* Quæ verba, vt generãtim ad oẽs dicta, rectè quidem poſſunt accipi, ſed peculiariter tamen atq; perfectius ad eos pertinent, qui pro ſuo modulo ſe Chriſto ita conformant, vt nulla in re ſui eſſe iuris velint. & alieno potius, quam ſuo arbitratu viuere ſatagunt, dum alterius, quẽ Chriſti loco ſibi præpoſuerunt, voluntatem & imperium vltro ſequuntur, Horum præfectus, vti Baſilius f docet, Chriſti perſonam obtinet,

a Ioan. 6. d 4. c. 5.
b Lucæ 2. g Bern. ſer. 3. de circũciſione Dom.
c Mat. 10. d Lucæ 22. c
d Phili. 2. b
e Mat. 16. d Lucæ 9. c
Hieron. ad Ruſticũ monach. epi. 4
Baſil. ſer. 2. & 5. exercitamẽtorũ pietatis: & quæſt. 96. compẽdio expli. Item in conſtitutionibus exercitatorijs ca. 23.
Greg. li. 22 moral. c. 21
Nicep. li. 11 eccsle. hiſt. ca. 37.
f Baſil. ca. 22. in conſt. monaſt. c. 13. 1. Reg. 15 c. Eccl. 4. d Lu. 10. c. Epheſ. 6. a. Coll. 3. d

net,ac veluti mediator Dei & hominum factus,ſalutem obedientium,Deo ſacrificat. Vnde quemadmodum oues paſtori obediunt ea pergentes via,qua paſtor ipſas duxerit, ita conuenit huiuſmodi pietatis exercitatores ſuis obedire pręfectis,non curioſè inueſtigando pręcepta, vbi à peccato aliena fuerint: ſed cum omni alacritate ac ſtudio explendo ea,quę demandantur. De quo præfecto ſic etiam poſt Baſilium Bernardus f affirmat: Ipſum quem pro Deo habemus, tamquā Deum in his, quæ non ſunt apertè contra Deum,audire debemus.

f Bernar. in tract. de pcep. & diſpenſ. Vide eūdē in epiſt.7.ad Adam monachum.

Huiuſmodi autem g fideles & excellētes Chriſti imitatores,qui dictis

g Philo in lib de vita contemplatiua & ex eodem Euſebius & Niceph. Ioſephus lib. 18. antiquit.ca.2.& li.2.de bello Iuda,cap. 7. Epiph.hęr. 29.Hieron.ad Euſtoc. de cuſtod. virginit. Item de viris illuſt.in Philone, & Marco. Dionyſ.de eccleſ.hierar.cap. 6. Euſebius lib. 1. demonſt. euangelicarum ca.8.Aug. de morib.eccle.cath.ca.31.& 33.Caſſ.collat.18 cap.4, & ſequent. Nazian.in vita

Baſil. Athanaſ. in vita Antonij. Sulp. in vita Martini. Iſid. li. 2. de off. eccl. ca. 15. Sozom. l. 1. hiſt. c. 12. Greg. in 2. li. dialog. Chryſ. ad uerſ. vitup. monaſt. vitæ, & hom. 56. ad pop. & ſequen. Item ho. 14 in 1. ad Timoth. Bernat. in Apolog. ad Guiliel. abbatē & hom. de bonis margaritis.

dictis conſilijs obſeruandis ſeriò vacarent, vti veteres oſtendunt annales, Eccleſia ſemper habuit, & in his delectos probatosq; cœtus piorum ac religioſorum hominum, qui ſupra vulgi morem ac exemplum, abdicatis ſemel bonis omnib9, & relictis carnis illecebris, ex profeſso ſtuderēt ſanctæ obedientiæ: eò videlicet ſpectantes, vt ad Chriſti obedientis exemplar, & ad Euangelicæ normę pfectionem ſeſe totos cōponerent, nullumq́; propriæ volūtati locū relinquerent. Cuius rei teſtes perquàm idoneos habem9 Baſilium. Auguſtinum, Hieronymum, Benedictum, Gregorium, Caſsianum, Bernardum, aliosque innumeros Enangelicæ perfectionis profeſſores, & monaſtici inſtituti tum defenſores, tum obſeruatores integerrimos.

Quid

VI.

Quid ſummatim de Conſilijs Euangelicis eſt ſentiendum?

a 1.Ioã.2.c

HOC nimirũ, quòd ſint incitamenta, & ſubſidia quędam commoda admodum, & quę infirmis aduerſus a mundi, carniſque illecebras arma prębeant: quæ bonorum conatus in curſu veræ pietatis ad meliora proue-hant: quæ Spiritum ad præſtanda Religionis diuiniique cultus officia expeditiorem reddant, & quę inſuper, vt oſtendimus, ad ęternę vitæ mercedem, ac gloriam in cælo b pleniorem conſequendam conferant.

Lucæ 14.d c.f.g.8.b. Mat.19.b.c 13.c. 1.Cor.7.f Eccl.31.a Prou.29.c Iudic.17.c Gala.5.b c.d.Greg.l. 26.moral. cap.25. c 1.Cor.13.a 1.Ioan.2.a Colloſ.3.c Auguſt. de mor. eccle. cathol.c.33

Ac ſumma quidem Euangelicæ perfectionis in eo verſatur, vt, quàm maximè poſsis, ad c charitatem contendas, Chriſtumque d imiteris. Imitaris aũt, ſi Chriſto & e pauperi, & f virgini, & alijs g ſubdito, & ad mortẽ vſq; crucis h obediẽti, ꝓ tua virili te ſtudeas con-

d Lucæ 9.c e 2.Cor.8.b Matth.8.c f 1.Pětri 1.c g Lucæ 2.g h Phili.2.b

a 1.Pet. 2.d a conformare: ſi cũ Apoſtolo iti-
b Phili.3.c dẽ b Paulo, neglectis ijs, quę re-
Pſalm.85.c trò ſunt, indefeſſo labore ad ante-
Berna. epi. riora contẽdas, & ad ſupernę vo-
253. ad Ga- cationis brauium te extendas in-
rinum Ab- dies, voluntate interim propria
batẽ. & ep. in totum, quoad eius fieri poteſt,
341. ad mo- abdicata, ac homini propter De-
nachũ ſan- um ſubiecta, vt c æmuleris vſque
cti Bertini. meliora chariſmata, d partemque
itẽ ſer. 2. de optimã tum eligas, tum bona fi-
purifica. B. de in finem e vſque conſerues.
Mariæ.
Aug. epiſt.
137. ad Hip-
ponenſes.
c 1 Co. 12. d
d Luc. 10. d
e Apoc. 2. c

DE QVATVOR HOMINIS NOVISSIMIS.

I.

Quæ dicuntur quatuor hominis nouiſſima?

a Eccl. 7. d. 28. a. 38. b Deut. 32. d Proue. 19. c Bern. in ſer mo. de pri- mord. me- dijſque & nouiſsimis

HAEC videlicet: Mors, Iudicium, Infernus & Regnum cœlorum: dicta quidem a nouiſsima, quòd inter cætera omnia quę homini accidere poſſunt, extremum planè locum ſibi vendicẽt.

Mors enim, vt dici ſolet, eſt vltima rerum linea, Mortem ſequitur b Iudiciũ Dei, ſicut & Paulꝰ his verbis oſtendit: b *Statutũ eſt omnibus hominibus ſemel mori: poſt hoc aũt iudicium*, tum c ſingulare ſcilicet, quod vnuſquiſque moriens excipit, tum illud extremum & vniuerſale, quod omnes ad mundi finem expectat, vt ſupra d indicauimus.

Iudicantur autem alij, quos in mortali peccato mors opprimit, vt e pœnis apud inferos ꝑpetuis addicantur: alij, quos ex hac vita migrantes ornat f nuptialis illa veſtis charitas, vt vita in cœleſti regno perbeata fruantur. Hoc eſt quod euangelica veritas aſſerit: g *Procedent qui bona fecerunt, in vitam æternam: qui verò mala, in ſupplicium æternum.* h *Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum Angelis ſuis: & tunc reddet vniçuique ſecundum opera eius.*

b Heb. 9. g Aug. li. 2. de anima & eius origine ca. 4. Item tract. 49. in Ioã. Chryſ. ho. 14. in Mat.
d In Symbolo.
e Lucæ 16. Matt. 25. c
f Mat. 22. b Aug. lib. poſt collat. con. Donatiſt. ca. 20. Greg. ho. 38 in euang.
g Ioan. 5. e Matt. 25. d
h Mat. 16. d

Quo-

II.

Quomodo Scriptura nos de Morte docet?

a Rom.5 b Sapien.1.d Concil. Mileuita. cã 1. Auguſt. de prædeſt. & gratia, capite 3.

b Gregor. homi.13 in Euange. Auguſt. in Pſal.144. homil 27. ex 50 & capite 2. Soliloquiorum animæ. Hugo Victorinus libro 1. de anima ca.3.

S*Icut a per vnum hominem peccatū in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, ita in omnes homines mors pertranſijt*, vt Paulus affirmat. Igitur etſi b hora mortis nihil ſit nobis incerti9, *Neſcit c enim homo finem ſuum*, morte tamẽ ipſa certi9 nihil eſſe poteſt. Vnde ſcriptū eſt, & res ipſa quotidie docet: d *Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terrã, quæ nõ reuertuntur.* Idque confirmans Eccleſiaſticus, e *Et Rex hodie eſt*, inquit, *& cras morietur. Cùm morietur aũt homo, hæreditabit ſerpẽtes, & beſtias, & vermes.* Cùm

c Eccleſ. 9. c. Iacob. 4. d Eccleſ. 11. c. 14. b Luc. 12. c d 2. Reg. 14. c Eccleſ. 2. c Pſal. 89. b. 101. a. b. 102. c Iob. 8. b. 14. a 1. Petri 1. d Auguſt. lib. 13. de ciuitate Dei, capite 10. & 11. ſermone 21. de verbis domini. Innoc. 3. de contemptu mundi lib. 3. cap. 24. e Eccleſiaſtici 10. b Iob 17. d Pſalm. 48. b. d Baruch 3. b. Eccleſ. 41. a Auguſtin. ſentent. vlt. apud Proſperum.

Cùm verò plurimum referat, quomodo & quàm parati moriamur, toties in euágelio nobis repetitur illud: f VIGILATE Item, g *Eſtote parati: quia qua hora non putatis, filius hominis veniet.* Parati verò & vigilantes mortem excipiemus, ſi ſeriò & in omni vita ꝓ ſe quiſque meditetur, quod ſcriptum eſt, h *Ante obitum operare iuſtitiam, quoniam non eſt apud inferos inuenire cibum*: ſicut & Chriſtꝰ dixit, a *Venit nox, quando nemo poteſt operari.* b *Ambulate dũ lucẽ habetis, vt non vos tenebræ comprehẽdant.*

Aug. de diſcip. chriſt. c. 2. Cõc. Lat. ca. ſeſſ. 14. a Ioan. 9. a. Aug. in ench. cap. 44. in Ioan. b Ioan 12. e Lucæ 19. c

f Mat. 25. a Marci 13. d Aug. ep. 80 ad Heſic. & quæſt. 59. li. 83. quæſt. g Lucę 12 e Apo. 3. a. 16 c. Cyp. li. 4. ep. 2. ad Antonia. Aug ſer. 3. de innoc. & tra. 33. in Ioan. Greg. li. 16. moral. ca. 31 h Eccl. 14. e, Ec. 9. c. 12. a Gala. 6. c 22. Triden. 110. & tra. c Pſal. 33. b Prou. 11. a Sapie. 5. b. c Pſal. 10. b Aug. ſer. 48. & 57. ad fratres in eremo. Hugo

Pulchrè autem Propheta inter iuſtorum malorumque mortẽ diſcreuit. Nã de his quidẽ dicit, c *Mors peccatorũ peſſima*, illorũ ſcilicet, qui velut perfidi Iudæi in pec-

Victor. lib. 1. de anima c. 2. li. 3. ca. 23. l. 4. cap. 13.

Innoc 3. de contemptu mundi li. 2 cap. 24.
d Lu. 16. e. f
Greg. 4. dialog. ca. 38. & ho. 12. in euang.
Beda lib. 5. hiſt. Anglicæ ca. 14. & 15.
e Pſal. 115. a
f 2. Corin. 5. a b
Greg 4. dialog ca. 11. & ſequent.
Cypria. de morte.
Amb. li. de bono mortis.
g Phil. 2. c
Lucæ 2. d
h Lu. 12. e.

in peccato ſine pœnitentia moriuntur, ac proinde ſic pereunt, vt ſemper apud d inferos cum epulone diuite ſint excruciâdi. De illis verò teſtatur, e *Precioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius.* Talibus f quippe mors iſta corporis nihil eſt aliud, quàm terrenæ huiꝰ peregrinationis & ærumnarum mortalis vitę terminus, ſomnus quietus, & ſecura obdormitio, vitæ principium, & optabilis tranſitus ad beatam immortalitatem: Cuius deſiderio Apoſtolus flagrans, & huius vitæ pertæſus, g *Cupio*, inquit, *diſſolui, & eſſe cum Chriſto.* h *Beati ſerui illi, quos, cùm venerit Dominus, inuenerit vigilantes. Et a beati mortui, qui in Domino moriuntur.* b *Iuſtus autem ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.*

Pſalm. 41. a. 83. a. 141. b. Nume. 23. b
a Apo. 14. c. b Sap. 4. b.

III.

Quomodo ſcriptura de iudicio admonet?

Hor-

HOrrendum a eſt incidere in manus Dei viuẽtis, Chriſtique iudicis, b ante cuius tribunal nos oẽs oportet manifeſtari, & c vnumquenque rationem pro ſe ipſo reddere. d *Cũcta enim quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, ſiue bonum, ſiue malum, ſit.* Quare non modò peccatoribus, ſed etiã ſæpè ſanctis e iudicij huius terribilis eſt f expectatio. Timuit hinc Dauid, vt ſollicitè roget: g *Ne intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine.* Timuit & Iob quã tũmuis h innocens, ſuumque timorem his verbis oſtẽdit: a *Quid faciam cùm ſurrexerit ad iudicandũ Deus? & cùm quæſierit, quid reſpondebo illi? ſemper* b *quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui.* c *Verebar omnia opera mea, ſciens quòd non parceres delinquenti.* Ac

a Heb. 10. f Bern. ſer. 8. in pſal. Qui habitat. b 2. Co. 5. b c Ro. 14. b d Eccl. 12. d 11. d. 1. Cor. 4. a Ro. 2. a. b c Sapient. 1. c Eccle. 11. c Matt. 12. c. 16. d. Apoc. 20. d. 22. c. Pſalm. 61. b 2. Tim. 4. b Damaſ. in ſerm. de defunct. Cyril. de exitu animæ. Leõt. de vi ta eleemoſ. e Greg. li. 8. moral. c. 13. 1. Pet. 4. d Sapien. 1. c.

Pſal. 74. a. Ber. ſer. 55. in Cãt. f Heb. 10. e. g Pſal. 142. a. h Iob 1. a. a Iob 31. b. b Ibidem c. Greg. 21. moral. ca. 15. & 16. c Iob. 9. d. 24. b. Eccleſ. 9. a. 1. Cor. 4. a.

Ac verò metuendus eſt Iudex d ille, cuius non licet poteſtatem effugere, ſapientiam fallere, ęquitatem flectere, iudiciũ retractare. De quo ita ſcriptum extat, e *Zelus & furor viri* (Chriſti iudicis ſcilicet) *non parcet in die vindicta, nec acquieſcet cuiuſquam precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima.* Qui de ſeipſo etiã ſuoque iudicio (ne quis ſit inſcius) hoc omnibus prænunciauit : f *Cũ accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo.* g *Ego Dominus ſcrutans cor & probãs renes: qui do vnicuiq; iuxta viam ſuã, & iuxta fructum adinuẽtionũ ſuarum.* h *Ego opera eorum & cogitationes eorum venio vt congregem, cum omnibus gentibus & linguis: & venient & videbunt gloriam meam.*

Cæterùm de iudicij a extremi die, qui & dies Domini, b dies irę

dies

d Aug. in l. de decem chord. ca.1. & 2. Proſp. li.3. de vita contẽp. c.12 Bern. epi.1. Innoc 3. li. 3. de contẽptu mundi ca.15.
e Prou 6.d
f Pſal. 84.a Bern. ſerm. 55. in cant.
g Hier. 17.b 11.d. 20.c. 32.c Prou. 16 a Heb. 4.d. 1. Para. 28.b Mala. 3.a. Pſalm. 7.b 43.d.
h Eſai. 66. f Iud. Apoſt. e. Mat. 10. c

a Aug. l. 20. de ciuit. Dei ca. .2.30. & 18. ca 33. Itẽ epi.78. & 80. ad Heſych. Hippol. de cõſum. mund. Damaſc. li. 4. orthod. fidei. ca.27. b Sophon. 1. d.

dies magnus & horribilis ſcriptura dicitur, Apoſtolus Petrus docet in hunc mundũ: c *Aduenient dies Domini ſicut fur, in quo cæli magno impetu tranſient, elementa verò calore ſoluentur: terra autem & omnia quæ in ipſa ſunt opera, exurentur: Cùm igitur hæc omnia diſſoluenda ſint, quales oportet vos eſſe in ſanctis conuerſationibus & pietatibus: expectantes & properantes in aduentum diei Domini, per quem cæli ardentes ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcent.*

Ioëlis 2.a g.3.a Eſaiæ 13.b c 24.c.d 66.e Hiere.23.d Mal.3.a 4.a Daniel. 7. c.d. Apoca. 20. d.6.d. Pſalmo 96. a.49 a Matthæi 24 & 25.c.d. 13.f.3.c Sapient.5. a.d. c.2.Petri 3.e

Vt Auguſt. lib. 20. de ciuitate Dei cap. 16. & 18. Chryſoſt. hom. 46 ad populum Antiochenum, & ſeque. Ephrem in libro de iudicio extremo, & lib. de vera pœnitentia. Auguſt. ſermon. 67. de tempore. Iſidorus de ſummo bono libro 1. cap. 30. Cyrillus catech.15. illuminat. Hieron. ad Heliodorum. Gregorius homilia 1. & 12. in euangelia. Item libro 26. moralium cap. 24. & 25. Auguſt. cap. 4. meditationum. Anſelmus de miſeria hominis. Bernardus de interiori domo cap. 38.

d Lucæ 21.f
1.Cor.7.f
Apoc.21.a
e Eccle. 18.c
2.Petri 3.c
Lucæ 21.g
Tit. 2.d
1.Theſſ. 5.a
Lucæ 17.f
Chryſ.ho. 5.de pœnitent.
1.Cor.11.g
g Eccl. 1.b

Vt verò tunc clementem iudicem Chriſtum, ac diem illum, quo cælum & terra, d tranſibunt, nobis lætum habeamus, præclarũ hoc eſt conſilium Sapientis, e *Ante languorem adhibe medicinam, & ante iudicium interroga teipſum, & in conſpectu Dei inuenies propitiationem.* f *Si enim noſmetipſos diiudicaremus, non vtique iudicaremur.* g *Timenti Deum benè erit in extremis, & in die defunctionis ſuæ benedicetur.* Greg. li. 31. moral. cap. 21. Aug. ſerm. 120. de temp.

IIII.

Quid verò de inferno eiuſq́; pœnis?

Vide Chryſ epiſt. 5. ad Theod. lapſum & Cyril. Alexãd. de exitu animæ Proſ. li. 3. de vita cõtẽp. c. 12. Itẽ Greg. l. 4. dial. c. 28 29. 42. & ſequentibus. Iſidorum de ſummo bono li. 1. ca. 15.

VT morte quidem nihil miſerabilius, vt iudicio etiam nihil eſt terribilius, præſertim filijs huius ſeculi obſtinatè peccantibus: ſic inferno eiuſq́; pœna nihil intolerabilius ac infelicius poteſt excogitari. Ibi etenim (teſte ſcrip-

[a] Scriptura diuina) fletus eſt & ſtridor dentium: ibi [b] vermis eorũ non moritur, & ignis nõ extinguitur: ibi terra [c] tenebroſa & opertamortis caligine: ibi vmbra mortis & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat: ibi pars [d] illorũ in ſtagno ardenti igne & ſulphure, quod eſt mors ſecunda: ibi [e] cruciabuntur die ac nocte in ſecula ſeculorum. Ibidemum verum eſſe cõperietur, quod omnibus apud inferos torquẽdis iuſtus iudex his verbis prædixit: [f] *Eccè ſerui mei comedẽt, & vos eſurietis. Eccè ſerui mei bibent, & vos ſitietis: Ec-*

a Matt 8. b 13, f. 22. b 24, d 25. c Lucæ 13. f b Mar, 9, g Eſa. 66, g. 14 e. Eccl. 7, b Iudith 16, c c Iob 10. d Iudæ c. Grego. li. 9. moral. c. 45. & ſeq. Caſſ. in Cõf. theologi. par, 3. Ephrẽ in li. de vera pœnit. c. 7. & 8. d Apo. 21. c 14, b. c. 19. b 19. d 20. c. d Pſal. 10. b 20, b. Deut. 32, c Iob 24, c. Rom. 2. b. Eſa. 13, d. Prou. 19, d Eccle. 21. b. e Apoc. 20. c. 9. a. Iob 7. b. 20. c. d. Pſal. 48, c. Eſa. 33. b Matthæi 3. c. 25. d. 2. Theſſ. 1. c. 2. Pet. 2-a. b. f Eſaiæ 65. c. Lu. 6. d 16, f Cyr. Alex. in orat, de exitu animæ. Aug. in Enchir. ca 111. & ſeq. Itẽ ſer. 181, de temp. ca. 18. li. de tripli. habitaculo ca. 2, Cyp. ad Demet & in ſer. de aſcenſione Chriſti. Bern. ep. 253, & medit. ca. 3, Itẽ ſer. 8. in Pſal. Qui habitat. Hugo li. 4. de anima ca. 13. Innoc. 3. li. 3. de contẽp. mundi ca. 2, & ſeq. Cõc, Flor.

*ce ſerui mei lætabuntur, & vos confun
demini: Eccè ſerui mei laudabunt præ
exultatione cordis, & vos clamabitis
præ dolore cordis, & præ contritione
ſpiritus vlulabitis.*

Itaq; Propheta Regius reges & principes oẽs compellat, atq; futuras malorum pœnas illis propo nit, cum hac graui admonitione:

g Pſal. 2. c — g *Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram.*

h Sa. 6. a. b Eſaiæ 5. d — h (*Fortioribus enim fortior inſtat cruciatio, & iudicium duriſſimum in his qui præſunt fiet*) *Seruite Domino in timore,*

a Luc. 12. a Matth. 10 c Chryſ. li. 1. de prouidẽtia Dei. Itẽ ho. 5. & 55. ad pop. Antioc. Aug. in Pſal. 49 Ber. in ſer. de cõuerſ. ad cleri. c, 5 — *& exultate ei cum tremore, Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta, cùm exarſerit in breui ira eius.* Hinc & Chriſtus ipſe dictum omnibus voluit a *Timete eum, qui poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam: ita dico vobis. hunc timete.* Vt enim eſt momentaneum quod in hac vita delectat, ita ſempiternũ eſt, quod in gehẽna excruciat.

V.

De regno cœlorum quid ex ſcriptura diſcimus?

PAravit [a] hoc regnum Deus electis ab origine mūdi, [b] regnum cœleſte, [c] regnum æternum, [d] regnum beatiſsimū, de quo Paulus apertè fatetur: [e] *Non ſunt condignæ paßiones huius temporis ad futurā gloriam.* [f] *Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit Deus his qui diligunt illum.* [g] *O ſanctam ciuitatem Hieruſalem, nouā deſcendētem de cœlo, à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatā viro ſuo:* De qua Ioannes diuinorum optimè conſcius, hæc cœlitus audiuit & ſcripſit, [h] *Eccè tabernaculū Dei cum hominibus: & habitabit tum eis: & ipſi populus eius erunt,*

a Mat. 25, c
b 2. Timot. 4, d
c 2. Pet. 1. c
d Luc. 14, d Aug. ſer. 37 de ſanctis. Cypria. de mortal.
e Rom 8, c
f 1. Cor. 2, e Eſaiæ 64, b
g Apo. 21. a d. e f g. 22 a Matth. 13, f 22. c. Sap. 3. a. b. 5. c Dan. 12. a 1. Corint. 15, e. f. g Philip. 3. d Ioan. 14. a
h Apocal. 21 a. 7, d Ioan. 3, a 1. Cor. 13. d

Eſa. 25. c. 33. c. d. 49. c. 51. a. d. 60, c. d. 65. c. 66, d Pſalmo 16. d. 26. d. 30. c. 85. b. 36 a. 114 b. 149. a. Chryſoſtom. epi. 5, ad Theodorum lapſum. Anſelm. epiſt. 2. & in lib. de ſimilitudinibus cap. 47, & ſeq. Hugo libro 4. de anima ca. 15, & 16.

a Apo.19.a Pſal.83,a. b.d.&ibidem Aug. Itē lib.10, de ciuitate Dei ca 16. & lib.22. cap.29,& 30,Item lib.3.de libero arbi. cap.vlt.& libro 3,de ſymb.ad catechu cap.vlt. lib.1.de trinitate cap.13. & de Catechizan.rudib. cap.23,Tract.4. in epiſt. Ioan.lib.Meditat.cap.22.& 25, Soliloq.ca.21.35. & 36,Manual.cap.6 7.16,17.

erunt, & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus, & abſterget omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors vltrà nõ erit, neq; luctus, neque clamor, neque dolor erit vltrà, quæ prima abierunt. Illic auditur a vox tubę magnę, & ſicut vox aquarum multarum, & ſicut vox tonitruorum magnorum dicentium: *Alleluia. quoniam regnauit Dominus Deus noſter omnipotẽs. Gaudeamus & exultemus, & demus gloriã ei. quia venerunt nuptiæ Agni.*

b Apo.19,b c Luc.14,d Greg.hom. 36,& 37,in Euangel. Profp.de vita contẽ. li.1, ca, 2, & ſequent. Itẽ lib.3,cap.32,Berna.in ſer.de trip.gen. bonorũ, & cap.4,Meditatio. d Matth.22, b. e. Matth.8, b. Lucæ 13,22.f c.12,c. Gregor.homil 13,in Euangc.

Beati, qui b *ad cœnã nuptiarũ Agni vocati ſunt*: beatiores vero; qui ad eã c cœnã vocati, ſubmotis impedimẽtis omnib9, accedũt, veſtéq; d nuptialem adferunt, vt in e regno Dei cũ Abrahã, Iſaac & Iacob recumbant. Nec opus eſt rogare. Domine,

f *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?* Expedita eſt reſponſio: *Quis ingredietur ſine macula, & operatur iuſtitiã.* Aut ſi verbo Chriſti magis delectaris. g *Qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum*, Sancta hæc eſt ciuitas, & ſanctos etiam ciues requirit: h *non intrabit in eam aliquid coinquinatum*,

f Pſal. 14, a 23, a. Eſa. 33, c Rom. 2, b. c Matth. 5, a Bernar. in ſermo. de conuerſ. ad Cler, c. 25. g Mat. 7, c 19, c. 25, b. c Apoca. 2, b c. g. 3, b. c. d

7 d| Bernard. ſermone 2. de verb. Apoſt. Non eſt regnum Dei eſca & potus, h Apocalyp. 21, g.

VI.

Quis eſt vſus & fructus doctrinæ totius de quatuor nouiſſimis?

PRimum hęc ipſa cognoſcere ac ſerio meditari, eo confert, vt à cura, ſtudio & amore iſtarum rerum, quæ caducæ, fluxæ & vanæ ſunt in hoc mundo, facilius auocemur. a *Vanitas enim vanitatũ*, dixit Eccleſiaſtes: *vanitas vanitatũ, et oĩa vanitas.* b *Vidi cũcta quæ fiũt ſub ſole, & ecce vniuerſa, vanitas & afflictio ſpiritus.*

Vide Chry. epiſt. 5, ad Theodor. lapſum, & Damaſ. in hiſt Barlaã & Ioſaph. a Eccle. 1, a Et ib. Hier. Greg. lib: 5, cap. 2, in 1, Reg. b Ibidem c

Deinde non ſolum â cogitationibus vanis curiſque terrenis, hæc animaduerſa, hominem reuocant, verumetiam ab omni peccándi [c] licentia, cõſuetudine & procliuitate deterrẽt. Hinc aurea illa ſententia: [d] *In omnibus operibus tuis memorare nouiſsima tua, & in æternum non peccabis*

Bernar. ſer. 1 in feſto omnium ſanct. de prim. med. j. & nou ſſ. noſtris.

Præterea monent ſapientem, vt cunctis in rebus nihil temerè faciat, ſed extrema primum omnium ſibi [e] proponat, fineq́ue proſpecto via regia progrediatur, vt neque [f] ad dexteram, neque ad ſiniſtram â recto deflectat.

Præcipuè vero huiuſmodi rerum memoria & contemplatio id efficit, vt diuinus timor, [g] qui veræ ſapientiæ fons, totius virtutis cuſtos, ac in omni hominis vita neceſſarius eſt pædagogus, in æqui boniq; ſtudio nos confirmet

c Aug. li. 8, de Gen. cõ Manich. ca. 28. & ſerm. 120 de tẽp. Greg. hom. 39. in Euã. Iſid. li. 3, de ſum. bono, cap. vltim.

d Eccl. 7, d Itẽ in ſer.

e Deu 23, d

f Prou, 4, d

g Eccl. 1. b Pſal 110, b Pro. 1. a. 9. b Iob 28, d Eccle. 7, c Prou 14. c Chryſ. ho. 15, ad pop. Antioc. Itẽ ho. 2, in 2. ad Theſſ, Aug. tra. 9 in ep. Ioan. & in Pſal. 127.

ac prouehat. Nam h *timor Domini expellit peccatum, & qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari.* a *Qui timent Dominum, inquirent quæ beneplacita ſunt ei, præparabũt corda ſua, & in conſpectu illius ſanctificabunt animas ſuas.* Demum b *Qui timent dominum, cuſtodient mãdata illius, & patientiam habebunt vſq; ad inſpectionẽ illius, dicẽtes: Si pœnitentiã nõ egerimus, incidemus in manus Domini.*

h Eccl, 1. c
a Eccl 2, d
Aug ſerm 13, & 18. de verb. apoſtoli. Itẽ li. de ſancta virgini, ca. 38. & ſer. 214. de tẽpore.
b Ibidem.

Cæterum filij ſeculi huius, qui c vanitatem diligunt, & quærunt mendacium: qui d lætantur cum malè fecerint, & exultant in rebus peſsimis, ante e quorũ oculos nõ eſt timor DEI, nihil minus illi, quam his de rebus cogitationem ſuſcipiunt. f *Gens absque conſilio eſt & ſine prudentia: vtinam ſaperent & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent.* His videmus, quod Iob ſanctus aiebat quotidiè vſuuenire: g *Tenent Tympanum & Cytharam, & gaudent ad ſonitum* organi.

c Pſal. 4, a
d Prou. 2, c
e Pſal, 13, b
f Deu. 32, d
Bern. ſer. 2. in die apoſtoli Petri & Paul. Itẽ epi. 292.
g Iob 21, b

organi. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Sic
h Pro.14,b h *riſus dolore miſcetur, & extrema gaudij luctus occupat.*

VII.

Quæ eſt ſumma eorum, quæ in hoc libro continentur?

SVMMA totius operis duabus rebus continetur. SAPIENTIA ET IVSTITIA Chriſtiana. Ad Sapientiam hæc capita, videlicet de Fide & Symbolo Fidei, de Spe & oratione dominica, de Charitate & Decalogo referuntur. Nam FIDES, SPES, CHARITAS, illæ virtutes ſunt, quibus verã hominis ſapientiam, vt Auguſtinus a annotauit, diuina ſcriptura concludit. Acceſſit porro de præceptis Eccleſię, & de ſacramentis tractatio. Sicut enim prædictæ virtutes abſq; Sacramentis & præceptis Eccleſiæ rectè obſeruatis ſubſiſtere non poſſunt, ita eorum acceſsiõe effi-

a Li.2, retracta, ca. 63. & in enchirid. ca. 2. & 3.

caci-

caciter nobis inſeruntur, inſertæ confirmantur, augentur & perficiuntur. Itaq; in ijs, quæ ad ſapiẽtiam referimus, explicandis, prior libri pars abſoluta eſt.

Poſterior, quæ circa iuſtitiam verſatur, duas eius partes tũ b ad mala fugienda, tũ ad bona conſectãda ſpectãtes, breuiter enucleat. Etenim abſtinere â malis, Chryſoſt. c teſte, nõ ſatis eſt nobis ad ſalutẽ, niſi adſit etiã bonorũ poſſeſſio & virtutis actio. Vtriq; igitur parti capita nonnulla, quæ præcipuè ad malorũ bonorũq; diſcrimẽ obſeruandũ pertinent, accõmodata ſunt. Totius aũt iuſtitiæ vim & amplitudinẽ. Tobias vir ęquè ſapiens ac iuſtus, ſuccinctè comprehendit. vbi ſuum filiũ, adeoque in illo filios Dei oẽs ſigillatim admonet in hæc verba: * *Noli timere fili mi: pauperẽ quidem vitã gerimus, ſed multa bona habebimus, ſi timuerimus Deũ, & receſſerimus ab omni pec-*

b Pſalmo 33.c, 36, c

c in Pſal, 4, Plura vide ſupra.

* Tob. 4, d

cato, & fecerimus bene. Ita demum diſcimus Chriſtiani hominis integrum officium, quod non modo fidem, ſed vitam etiam, quę ſecundum ſapientiā & iuſtitiam Chriſtianam inſtituta ſit, omnino re-
* Eccl.3. d quirat. *Sapiens autem * cor & intelligibile,* vti ſcriptura teſtatur, *abſtinebit ſe à peccatis, & in operibus iuſtitiæ ſucceſſus habebit.*

Verum enimuero, ne inſtitutæ breuitatis terminos prætereamꝰ, doctrinæ huius ad Chriſtianos, eoſque in primis ſimpliciores inſtituendos pertinētis, hic modus & finis eſto. Quę omnia vno Eccleſiaſtiș verbo, tanquā totius humanæ vitæ illuſtri ſigillo, conſignabi
* Eccl.12, d mus, ita cōcludētes: * *DEVM TIME, ET MANDATA EIVS OBSERVA, HOC EST ENIM OMNIS HOMO.*

Pſal, 67. f *Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis,*

FINIS.

APPENDIX DE HOMINIS LAPSV ET IVSTIFICATIONE, SECVNdum ſententiam & doctrinam Concilij Tridentini.

I

De ſtatu & lapſu primi hominis.

CVM primus homo a Adam mandatum Dei in paradiſo fuiſſet transgreſſus, ſtatim ſanctitatẽ & iuſtitiam, in qua fuerat conſtitutus, amiſit, ac præterea per huiuſmodi præuaricationis offenſam, iram & indignationem Dei, atq; adeo mortem quam antea comminatus illi fuerat Deus, incurrit, & cum hac ipſa morte in diaboli, qui b mortis deinde habuit imperium, captiuitatem incidit, demumq́ue totus Adam per illam præuaricationis offenſam ſecũdum corpus & animam in deterius commutatus fuit.

Ex ſeſſio.5. Conc. Trident. can.1.
a Gen.2. c. & 3.c
b Hebr.2.d

d ex eo immundi, & vt Apoſtol9 c inquit, natura filij iræ, tũ ſemen peccati, diaboli & mortis omnes efficiuntur, f excepta interim beata & immaculata Virgine Maria Dei genetrice, quã, hoc loco vbi de peccato originali agitur, non comprehendimus.

d Ex cap. 1. ſeſſ. 6.
e Ephe. 2. a
f Ex appẽdice ſeſſ. 5. Vide extra uangã. cõ. li. 3. de reliquijs & venerat. ſanct

III.

De remedio originalis peccati.

PEccatum hoc originis, quod ineſt vnicuique proprium, vt diximus, neq; p̃ humanæ naturæ vires, neque per aliud remedium tollitur, quàm per meritũ a vni9 Mediatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui nos b Deo recõciliauit in ſanguine ſuo, factus nobis c iuſtitia, ſanctificatio & redẽptio. Huius verò meritum d p̃ Baptiſmi ſacramentum in forma Eccleſiæ ritè collatũ, tam adultis quàm paruulis applicatur: e quia nõ eſt aliud nomẽ ſub cælo datũ hominibus, in quo oporteat nos ſaluos

Ex can. 3. ſeſſ. 5.
a 1. Tim. 2. b
b Rom. 5. b
2. Cor. 5. d
c 1. Cor. 1. d
d Tit. 3. b
e Act. 4. c

 fieri.

p Ioan.1.d fieri. Vnde illa vox, *Eccè agnus Dei: eccè qui tollit peccata mundi.* Et illa: * Gal.3.d * *Quicunque baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.*

Ex cano. 4. ſeſſ.5. Vnde errant grauiter, qui negát paruulos recẽtes ab vteris matrũ baptizãdos eſſe, etiamſi fuerint à baptizatis parentibus orti. Baptizantur certè etiá hi in remiſsionẽ peccatorũ, vt qui ex Adamo peccatum traxerint originale, ꝙ regeneratiõis lauacro expiari neceſſe eſt, ad vitá ęterná cõſequendá, quoniá nõ aliter intelligendũ eſt, a *Per vnũ hominem peccatũ intrauit* a Rom.5.b. *in mundũ, & per peccatũ mors, & ita in oẽs homines mors pertrãſijt, in quo oẽs peccauerũt:* niſi quẽadmodũ Eccleſia Catholica vbiq; diffuſa ſemper intellexit. Propter hác enim regulá fidei ex traditione apoſtolorũ etiam paruuli, qui nihil peccatorũ in ſemetipſis adhuc cõmittere potuerũt, ideo in remiſsionẽ peccatorũ veraciter baptizátur vt

in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerũt. b *Niſi enim quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, nõ poteſt introire in regnum Dei.* b Ioan.3.a

IIII.

De reliquijs originalis peccati in baptizatis.

PRætereà confitendũ eſt, reatum originalis peccati ꝑ Ieſu Chriſti Domini noſtri gratiá, quę in baptiſmate cõfertur, remitti: & in baptizatis totũ id, ꝙ veram & ꝓpriá peccati rationẽ habet, tolli, non radi tantũ, aut nõ imputari. In renatis enim nihil odit De9, quia nihil a eſt dãnationis ijs, qui verè b conſepulti ſunt cũ Chriſto per baptiſma in mortẽ, qui nõ ſecundũ carnẽ ambulant, ſed c veterẽ hominẽ exuẽtes, & nouũ qui ſecundũ deũ creat9 eſt induẽtes, innocẽtes, immaculati, puri, innoxij, ac Deo dilecti effecti ſunt, d hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti, ita vt nihil prorſus eos ab ingreſſu cæli remoretur.

Ex cano. 5. ſeſſ. 5.
a Rom. 8.a
b Rom. 6.a
c Col.3.b
Ephe. 4.c
d Rom.8.a

Ac interim fateri oportet, manere in baptizatis concupiſcentiá vel fomitem, quæ cùm ad agonem relicta ſit. nocere non conſentientibus, ſed viriliter per Chriſti Ieſu gratiam repugnantibus nó valet: quinimò qui e legitimè certauerit, coronabitur. Hanc concupiſcentiá, quam aliquando f Apoſtolus peccatũ appellat, Eccleſia Catholica nũquam intellexit peccatum appellari, quòd verè & propriè in renatis peccatum ſit, ſed quia ex peccato eſt, & ad peccatũ inclinat.

e 2. Tim. 2. a

f Rom. 7. b

V.

De natura & legis ad iuſtificandos homines imbecillitate.

Seſſ. 6. ca. 1.

VT iam propius ad iuſtificationis doctriná probè & ſyncerè intelligendam accedam9, illud vnuſquiſq; agnoſcat & fateatur oportet, quòd cùm oẽs homines in prȩuaricatione Adæ innocentiá perdidiſsẽt, facti immũdi, &(vt a Apoſtolus inquit) naturâ filij

a Ephe. 2. c

filij iræ, quemadmodũ eſt dictũ, vſque adeo b ſerui erant peccati. b. Rom. 6. c & ſub poteſtate diaboli ac mortis. vt non modò gentes per vim naturæ, ſed ne Iudęi quidẽ per ipſá etiam literam legis Moyſi inde liberari aut ſurgere poſsẽt: tametſi in eis liberum arbitrium minimè extinctum eſſet, viribus licet attenuatum & inclinatum.

VI.

De diſpenſatione & myſterio aduentus Chriſti?

QVO factum eſt, vt cœleſtis Cap. 2. ſeſ. 6 a Pater, Pater miſericordiarum & Deus totius cõſolationis, a 2. Cor. 1. a Chriſtum Ieſum filiũ ſuum, & ante legem, & legis tempore multis ſanctis Patribus declaratũ ac promiſſum, quũ venit beata illa b plenitudo temporis, ad homines miſerit: b Gal. 4. a vt & Iudęos, qui ſub lege erãt, redimeret: & gẽtes c quæ nõ ſectabantur iuſtitiã, iuſtitiam aprehẽderent, atq; oẽs d adoptionem c Rom. 9. g d Gal. 4. a

nem

onem filiorum reciperent. Hunc
e Rom.3.d e propoſuit Deus propiciatorem
per fidẽ in ſanguine ipſius ꝑ peccatis
f 1.Ioã.2.a catis noſtris, non f ſolũ aũt ꝑ noſtris,
ſtris, ſed etiam pro totius mundi.

VII.

Qui per Chriſtum iuſtificentur.

VErùm, etſi ille pro a omnibus
Cap.3.ſeſ.3 bus mortuus eſt, non oẽs ta-
a 2.Corint. mẽ mortis eius beneficiũ recipi-
5.c unt, ſed ij duntaxat, quibus meritum
tum paſsionis eius cõmunicatur.
Nã ſicut reuerà homines, niſi ex
ſemine Adæ ꝓpagati naſcerẽtur,
nõ naſcerentur iniuſti: cum ea ꝓpagatione
pagatione per ipſum dum cõcipiuntur,
piuntur, propriam iniuſtitiã contrahãt:
trahãt: ita niſi in Chriſto renaſcerentur,
rentur, nunquam iuſtificarentur,
cum ea renaſcentia, per meritum
paſsionis eius, gratia qua iuſti fiunt,
unt, illis tribuatur. Pro hoc benefi-
b Coll.1.b cio b Apoſtolus gratias nos ſemper
per agere hortatur Patri, qui dignos
nos nos fecit in partẽ ſortis ſan-

ctorum

ctorũ in lumine,& eripuit de poteſtate tenebrarum,tranſtulitque in regnum filij dilectionis ſuæ: in quo habemus redemptionem & remiſsionem peccatorum.

VIII.

Deſcriptio iuſtificationis impij,& modus eius in ſtatu gratia.

QVibus verbis iuſtificatiõis impij deſcriptio inſinuatur, vt ſit translatio ab eo ſtatu, in quo homo naſcitur filius primi Adæ,in ſtatũ gratiæ & adoptionis filiorum Dei, per ſecundum Adam Ieſum Chriſtũ ſaluatorem noſtrum. Quæ quidẽ tráslatio, poſt Euangelium promulgatum,ſine lauacro regenerationis,aut eius voto fieri nõ poteſt, ſicut ſcriptum eſt: a *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.* Cap.4. ſeſſ. 6. a Ioan.3. d

IX.

De neceßitate præparationis ad iuſtificationem in adultis,& vnde illa ſit.

Præterea

PRæterea ipſi⁹ iuſtificationis exordiũ in adultis à Dei, per Chriſtũ Ieſum, præueuiente gratia ſumendũ eſt, hoc eſt, ab ei⁹ vocatione, qua nullis eorum exiſtentib⁹ meritis, vocãtur: vt qui per peccata à Deo auerſi erant, p eius excitantẽ atq; adiuuantẽ gratiam, ad conuertendum ſe ad ſuã ipſorum iuſtiſtcationẽ, eidẽ gratiæ liberè aſſentiẽdo & cooperãdo, diſponantur, ita vt tangente Deo cor hominis p Spiritus ſancti illuminationem, neque homo ipſe nihil omninò agat, inſpirationẽ illam recipiẽs, quippe qui illam & abijcere poteſt, neq; tamẽ ſine gratia Dei mouere ſe ad iuſtitiã coram illo libera ſua volũtate poſsit. Vnde in ſacris literis cũ di-
b Zach. 1. a citur: b *Cõuertimini ad me, & ego cõuertar ad vos*: libertatis noſtræ ad-
c Thre. 5. d monemur. Cum reſpõdem⁹: c *Cõuerte nos Domine ad te, & conuertemur*: Dei nos gratia præueniri cõfitemur.

Mo-

X.

Modus præparationis ad iuſtificationem quis?

DIſponuntur autę ad ipſam iuſtitiam, dum excitati diuina gratia & adiuti, fidē ex auditu cōcipientes, liberè mouētur in Deum credentes vera eſſe, quę diuinitꝰ reuelata & promiſſa ſunt: atque illud in primis, a à Deo iuſtificari impium per gratiā eius, per redemptiōem, quæ eſt in Chriſto Ieſu: & dū peccatores ſe eſſe intelligentes, à diuinę iuſtitię timore, quo vtiliter concutiuntur, ad conſiderandam Dei miſericordiā ſe conuertendo, in ſpem eriguntur, fidentes Deum ſibi propter Chriſtum propitiū fore: illumq́; tanquā omnis iuſtitiæ fontem diligere incipiūt: ac propterea mouentur aduerſus peccata ꝑ odiū aliquod & deteſtatiōem, hoc eſt, per eam pœnitentiā, quam ante baptiſmum agi oportet: denique dum

a Rom. 3. d

dum proponũt ſuſcipere baptiſmũ, inchoare nouá vitam, & ſeruare diuina mãdata. De hac diſpoſitiõe ſcriptum eſt, b *accedentẽ ad Deũ oportet credere, quia eſt, & quod inquirentibus ſe remunerator ſit.* Et, *Confide c fili, remittuntur tibi peccata tua.* Et, d *Timor Domini expellit peccatum.* Et, e *Pœnitentiã agite, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrum in nomine Ieſu Chriſti, in remiſſionẽ peccatorum veſtrorũ, & accipietis donũ ſpiritus ſancti.* Et, f *Euntes ergò docete oẽs gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, docentes eos ſeruare quæcunque mandaui vobis,* Denique, g *Præparata corda veſtra domino.*

b Heb.11.b
c Matt.9.a
d Eccle.1.c
e Acto.2 f
f Mat.28. d
g 1.Reg.3. a

XI.

Quid ſit iuſtificatio impij, & quæ eius cauſa?

HAnc diſpoſitionem ſeu præparationem iuſtificatio ipſa conſequitur: quę nõ eſt ſola peccatorum remiſsio, ſed & ſanctificatio,

Cap.7. ſeſſ. 6.

catio,& renouatio interioris hominis ꝑ voluntariã ſuſceptionem gratię & donorũ: vnde homo ex iniuſto fit iuſtus, & ex inimico amicus, vt ſit a hæres ſecundum ſpem vitæ æternæ. a Tit.3.b

Huius iuſtificatiõis cauſæ ſunt: Finalis quidẽ, gloria Dei & Chriſti, ac vita ęterna: Efficiens verò, miſericors Deus, qui gratuitò abluit & ſãctificat, b ſignãs & vngẽs ſpiritu ꝓmiſsionis ſancto, qui eſt pign9 hęreditatis noſtrę: Meritoria aũt, dilectiſsim9 vnigenit9 ſu9 Domin9 noſter Ieſus Chriſt9, qui cũ c eſſem9 inimici, d propter nimiã charitatẽ qua dilexit nos, ſua ſanctiſsima paſsione in ligno crucis nobis iuſtificationẽ meruit, & pro nobis Deo Patri ſatisfecit: Inſtrumẽtalis item, ſacramentũ baptiſmi, quod eſt ſacramẽtũ fidei, ſine qua nulli vnquam contigit iuſtificatio: deniq; vnica Formalis cauſa eſt iuſtitia Dei, non qua ipſe

b Ephe.1.c
c Rom.5.d
d Ephe.2.a

ipſe iuſt9 eſt,ſed qua nos iuſtos fa
e Ephe. 4. c cit: qua videlicet ab eo donati,e
renouamur ſpiritu mẽtis noſtræ:
& nõ modò reputamur, ſed verè
iuſti nominamur & ſum9, iuſtitiá
in nobis recipiẽtes vnuſquiſque
ſuã,ſecũdũ mẽſurã, q̃ Spirit9 ſan.
f 1. Corint. 12.b partitur f ſingulis ꝓut vult, & ſecũdũ ꝓpriã cuiuſq; diſpoſitioné
& cooperatiõem, Quanquã enim
nemo poſsit eſſe iuſt9,niſi cui me
rita paſsionis Domini noſtri Ieſu
Chriſti cõmunicantur: id tamen
in hac impij iuſtiſtcatione fit, dũ
a Rom.5.a eiuſdẽ ſanctiſsimæ paſsionis merito rer Spiritũ ſanctũ a charitas
Dei diffunditur in cordib9 eorũ,
qui iuſtificantur,atq; ipſis inhæret. Vnde in ipſa iuſtificatione cũ
remiſsione peccatorũ hęc omnia
ſimul infuſa accipit homo per Ieſum Chriſtũ cui inſeritur,fidẽ,ſpẽ
& charitatẽ. Nã Fides,niſi ad eam
ſpes accedat & charitas, neq; vnit pfectè cũ Chriſto,neq; corpo-
ris

ris eius viuũ membrũ efficit. Qua ratione veriſsimè dicitur, b fidem b Iac.2.d ſine operibus mortuá &otiosá eſſe: &, c in Chriſto Ieſu neq; circũe c Galat.5.a ciſionem aliquid valere neq; prę-putiũ: ſed fidẽ, quę per charitatẽ operatur. Hác fidem ante Baptiſmi Sacramentũ ex apoſtolorũ traditione Catechumeni ab Eccleſia petunt, cum petunt fidẽ, vitá æternam præſtantem: quá ſine ſpe & charitate fides pręſtare nõ poteſt. Vnde & ſtatim verbũ Chriſti audiunt: d *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* Itaq; verá Chriſtianá iuſtitiá accipientes, eá ceu primá d Mat.19.) ſtolá, pro illa quá Adam ſua inobedientia ſibi & nobis perdidit, per Chriſtum Ieſum illis donatá, candidam & immaculatam iubẽtur ſtatim renati conſeruare, vt eam perferant ante tribuual Domini noſtri Ieſu Chriſti, & habeant vitam æternam.

XII.

Quomodo intelligatur impium per fidem, & gratis iuſtificari.

Cap.8. ſeſſ.6.

a Rom.3.d

CVm vero Apoſtolus a dicit, iuſtificari hominē per fidē & gratis, ea verba in eo ſenſu intelligenda ſunt, quē perpetuus Eccleſiæ Catholicæ conſenſus tenuit, & expreſsit: vt ſcilicet per fidē ideo iuſtificari dicamur, quia fides eſt humanæ ſalutis initiũ, fundamentũ, & radix omnis iuſtificationis: b ſine qua impoſsibile eſt placere Deo, & ad filiorũ eius cōſortium peruenire: gratis autem iuſtificari ideo dicamur, quia nihil eorũ quę iuſtificationē pręcedũt, ſiue fides, ſiue opera, ipſam iuſtificatiōis gratiā ꝓmeretur. Si enim gratia eſt, iam non ex operibus: alioquin, vt idē c Apoſtolus, inquit, gratia iam nō eſt gratia.

b Heb.11.b

c Ro.11.a

XIII.

Contra inanē hæreticorum fiduciam.

Cap.9. ſeſſ. 6.

QVāuis autē neceſſariũ ſit credere, neq; remitti, neque remiſſa vnquam fuiſſe peccata, niſi

gratis diuina miſericordia ,ppter Chriſtũ, nemini tamẽ fiduciam & certitudinẽ remiſsionis peccatorũ ſuorũ iactanti, & in ea ſola quieſcenti, peccata dimitti, vel dimiſſa eſſe dicendũ eſt, cum apud hæreticos & ſchiſmaticos poſsit eſſe, imo noſtra tempeſtate ſit, & magna contra Eccleſiã Catholicã contentione prædicetur vana hęc, & ab omni pietate remota fiducia.

Sed neq; illud aſſerendum eſt, oportere eos, qui verè iuſtificati ſunt. abſq; vlla omnino dubitatione apud ſemetipſos ſtatuere, ſe eſſe iuſtificatos, neminemq́; â peccatis abſolui ac iuſtificari, niſi eũ, qui certo credat, ſe abſolutũ & iuſtificatũ eſſe, atq; hac ſola fide abſolutionem & iuſtificationẽ perfici: quaſi qui hoc non cred.t, de DEI promiſsis, deque mortis, & reſurrectionis Chriſti efficacia dubitet. Nam ſicut nemo pius de Dei miſericordia, de CHRISTI

merito, deq; ſacramentorũ virtute & efficacia dubitare debet. ſic quilibet dũ ſeipſũ, ſuáq; propriá infirmitatẽ & indiſpoſitionẽ reſpicit, de ſua gratia formidare ac timere poteſt, cum nullus ſcire valeat certitudine fidei. cui non poteſt ſubeſſe falsũ, ſe gratiáDei eſſe conſecutum. XIIII.

De accepta iuſtificationis incremẽto.

Cap. 10. ſeſſ. 6. SIc ergo iuſtificati, & amici Dei ac [a] domeſtici facti, eũtes [b] de virtute & virtutẽ, renouantur, vt Apoſtolus [c] inquit de die in diẽ, hoc eſt, mortificando mẽbra carnis ſuę, & [d] exhibẽdo ea arma iuſtitiæ in ſanctificationẽ, per obſeruationem mandatorũ Dei & eccleſiæ, in ipſa iuſtitia per Chriſti gratiá accepta, cooperãte fide bonis operibus, creſcunt: atq; magis iuſtificãtur, ſicut ſcriptũ eſt: [e] *Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc.* Et iterũ: [f] *Ne verearis vſq; ad mortẽ iuſtificari.* Et rurſus: [a] *Videtis quoniã ex operibus*

a Ephe. 2. d
b Pſal. 83. b
c 2. Co. 4. d
d Rom. 6. b
e Apo. 22. c
f Eccl. 18. c
a Iac. 2. d

ribus iuſtificatur homo, & non ex fide tantùm. Hoc vero iuſtitię incremẽtum petit S. eccleſia, cũ orat: Da nobis domine fidei, ſpei, & charitatis augmentum.

XV.

De obſeruatione mandatorũ, deq́ue illius neceßitate & poßibilitate.

NEmo aũt quantumuis iuſtificatus, liberũ ſe eſſe ab obſeruatione mandatorũ putare debet, nemo temeraria illa & â patribus ſub anathemate prohibita voce vti, Dei pręcepta homini iuſtificato ad obſeruandũ eſſe impoſsibilia: Nã Deus impoſsibilia nõ iubet, ſed iubẽdo monet & facere quod poſsis. & petere quod nõ poſsis, & adiuuat vt poſsis: a cuius mandata grauia non ſunt, b cuius iugũ ſuaue eſt, onus leue: Qui enim ſunt filij Dei, Chriſtũ diligũt: qui autẽ diligunt eũ, vt ipſemet c teſtatur, ſeruant ſermones eius: quod vtiq; cum diuino auxilio præſtare poſ- Cap. 11. ſeſſ. 6. a 1. Ioã. 5 b Matt. 11. d c Ioan. 14. c

 ſunt,

ſunt. Licet enim in hac mortali vita; quantúuis ſancti & iuſti, in leuia ſaltē & quotidiana, quæ etiam venialia dicũtur, peccata quádoque cadant, nó propterea deſinũt
d Mat. 6. b eſſe iuſti. Nã iuſtorum illa vox eſt humilis & verax: *Demitte nobis debita noſtra*. Quo fit, vt iuſti ipſi eo magis ſe obligatos ad ambulandũ
e Rõm. 6. c in via iuſtitiæ ſentire debeãt, quo
f Tit. 2. d e liberati iã â peccato, ſerui aũt facti Deo, [f] ſobriè, iuſtè, & piè viuẽtes, proficere poſſunt per Chriſtũ Ieſum, per quẽ acceſsũ habuerũt in gratiã iſtam. Deus namque ſua gratia ſemel iuſtificatos non deſerit, niſi ab ijs prius deſeratur.

Itaq; nemo ſibi in ſola fide blandiri debet, putás fide ſola ſe hære-
a Rom. 8. c dẽ eſſe cõſtitutũ, hęreditatẽq; con
b Heb. 5. c ſecuturũ, etiã ſi Chriſto a nõ cõpatiatur, vt & conglorificetur. Nã & Chriſtus ipſe (vt inquit b Apoſt) *cũ eſſet filius dei, didicit ex his q̃ paſſus eſt, obedientiã: & cõſummatus, factus*

eſt omnibus obtẽperãtibus ſibi cauſa ſa lutis æternæ. Propterea Apoſt. ipſe monet iuſtificatos, dicens: c *Neſci- tis, ꝙ ij qui in ſtadio currũt, oẽs quidẽ currũt, ſed vnus accipit brauiũ? ſic cur rite vt cõprehẽdatis. Ego igitur ſic cur- ro, non quaſi in incertũ: ſic pugno, non quaſi aërẽ verberãs, Sed caſtigo corpus meũ, & in ſeruitutẽ redigo: ne fortè cũ alijs p̃dicauerim, ipſe reprobus efficiar.* c 1.Cor. 9.d
Itẽ Princeps Apoſtolorũ Petr9: d *Satagite, inqt, vt p bona opera, certã ve ſtrã vocationẽ et electionẽ faciatis. Hæc enim faciẽtes, nõ peccabitis aliquãdo.* d 2.Pet.1.b

Vnde cõſtat, eos orthodoxę religionis doctrinę aduerſari, qui di cũt, iuſtũ in omni bono opere ſaltẽ venialiter peccare: aut, quod in tolerabilius, pœnas ęternas mereri: atq; etiá eos, qui ſtatuunt in omnibus operib. iuſtos peccare, ſi in illis ſuá ipſorum ſocordiam excitando, & ſeſe in ſtadio ad currẽdum cohortando, cum hoc, vt in primis glorificetur De9 mercedẽ

quoq; intuentur ęterná, cum ſcriptũ ſit: [a] *Inclinaui cor meũ ad faciendas iuſtificationes tuas propter retributionẽ*, Et de Moyſe dicat [b] Apoſtolus, quod reſpiciebat in remunerationem.

a Pſal. 118. d.
b Heb. 11. c

XVI.

Prædeſtinationis temerariam præſumptionem cauendam eſſe.

Cap. 12. ſeſſ. 6.

NEmo quoque, quamdiu in hac mortalitate viuitur, de arcano diuinæ prædeſtinationis myſterio vſq; adeo præſumere debet, vt certo ſtatuat, ſe omnino eſſe in numero prædeſtinatorum: quaſi verum eſſet. quod iuſtificatus aut amplius peccare non poſsit, aut ſi peccauerit, certá ſibi reſipiſcentiam promittere debeat. Nam niſi ex ſpeciali reuelatione ſciri non poteſt, quos Deus ſibi elegerit.

XVII.

De perſeuerantiæ munere:

Cap. 13. ſeſſ. 6.
a Matt. 10. c. 24. b

SImiliter de perſeuerantiæ munere, de quo ſcriptum eſt: [a] *Qui perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus* erit:

erit: quod quidẽ aliũde haberi nõ poteſt, niſi ab eo qui potẽs eſt, eũ qui ſtat, ſtatuere, vt perſeuerãter ſtet, & eũ qui cadit, reſtituere, nemo ſibi certi aliquid abſoluta certitudine polliceatur, tametſi in Dei auxilio firmiſsimè ſpem collocare & reponere omnes debẽt. Deus enim niſi ipſi illius gratiæ defuerint, ſicut [b] cœpit opus bonum, ita perficiet, [c] operans velle & perficere. Veruntamen qui ſe [d] exiſtimant ſtare, videãt ne cadãt, & cũ timore ac tremore ſalutẽ ſuam operentur, in [f] laboribus, in vigilijs, in eleemoſynis, in orationibus & oblationibus, in ieiunijs & caſtitate. Formidare enim debent, ſcientes quod in [a] ſpẽ gloriȩ, & nondũ in gloriã renati ſunt, de pugna quæ ſupereſt cũ carne, cũ mundo, cũ diabolo: in qua victores eſſe nõ poſſunt, niſi cũ Dei gratia Apoſt. obtẽperent dicenti: [b] *Debitores ſumus non carni, vt ſecun-*

b Phil. 1. a
c & 2. b
d 1. Corin. 10. e
e Phil. 2. b
f 2. Corint. 6. a. b
a Rom. 5. a
b Rom. 8. e

dum carnem viuamus. Si enim ſecundum carnem vixeritis, moriemini: ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.

XVIII.

De lapſis, & eorum reparatione.

Cap. 14. ſeſſ. 6. QVI vero ab accepta iuſtificationis gratia per peccatũ exciderũt, rurſus iuſtificari poterũt, cum, excitante Deo, per pœnitentiæ ſacramentum merito Chriſti amiſſam gratiam recuperare procurauerint. Hic enim iuſtificationis modus eſt lapſi reparatio: quã ſecundã poſt naufragium deperditę gratiæ tabulam ſancti patres aptè nuncuparũt. Etenim pro his qui poſt Baptiſmum in peccata labuntur, Chriſtus Ieſus ſacramentũ inſtituit pœnitẽtiæ, cum dixit:

a Ioã. 20. c a *Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt:* Vnde dicẽdum eſt, Chriſtiani hominis pœnitentiam poſt lapſum,

multo

multo aliá eſſe à Baptiſmali: eaq́;
cõtineri non modo ceſſationem à
peccatis, & eorũ deteſtationẽ, aut
b cor contritũ & humiliatũ: verũ- b Pſal. 50.b
etiã eorundẽ ſacramentalẽ cõfeſ-
ſionẽ ſaltẽ in voto & ſuo tẽpore fa
ciendã, & ſacerdotalẽ abſolutio-
nẽ, itẽq́; ſatisfactionem per ieiu-
nia, eleemoſynas, oratiões, & alia
pia ſpiritualis vitæ exercitia: non
quidẽ pro pœna æterna, quæ vel
ſacramẽto, vel Sacramentali voto
vnâ cũ culpa remittitur, ſed pro c Nu.14.d
pæna tẽporali, quæ vt c S. literæ 2.Reg.12.
docẽt, nõ tota ſemper, vt in bap- c. & 24. b
tiſmo fit, dimittitur illis cui gratię
Dei quam acceperunt, ingrati, d d Eph.4.g
Spiritum ſanctũ contriſtauerunt, 1.Cor.3.d
& e templũ Dei violare non ſunt
veriti. De qua pœnitentia ſcri-
ptum eſt: f *Memor eſto vnde exci-* f Apoc.2.b
deris, & age pœnitentiam, & prima
opera fac, Et iterum: g *Quæ ſecun-* g 2.Co.7.c
dum DEVM triſtitia eſt, pœniten-
tiam in ſalutem ſtabilem operatur:
Et

a Mat, 4.c b Luc.3.b Et rurſus: [a] *Pœnitentiam agite, & [b] facite fructus dignos pœnitentiæ.*

XIX.

Quolibet mortali peccato amitti gratiam, ſed non fidem.

Cap.13. ſeſſ.6. a Ro,16.c.

ADuerſus etiã hominum quorundam callida ingenia, qui per [a] dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium, aſſerendum eſt, non modo infidelitate, per quam & ipſa fides amittitur, ſed etiã quocunq; alio mortali peccato, quamuis non amittatur fides, acceptam iuſtificationis gratiam amitti, diuinę legis doctrinam defendendo, quæ â regno Dei non ſolum infideles excludit, ſed & fideles quoq; [b] fornicarios, adulteros, molles, maſculorum cõcubitores, fures, auaros, ebrioſos, maledicos, rapaces, cęteroſq; omnes, qui lethalia cõmittunt peccata: â quibus cum diuinæ gratiæ adiumento abſtinere poſſunt, & pro quibus â Chriſti gratia ſeparantur.

b 1.Cor.6.b Gal,5.c.d

De

XX.

De fructu iuſtificationis, hoc eſt, de merito bonorum operum, deq́ ipſius meriti ratione.

HAC igitur ratiõe iuſtificatis hominib9; ſiue acceptã gratiá ꝑpetuò cõſeruauerint, ſiue amiſsá recuperauerint, ꝓponẽda ſũnt Apoſtoli verba: a *Abundate in omni opere bono, ſcientes quòd labor veſter non eſt inanis in Domino.* b *Non enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri & dilectionis, quam oſtendiſtis in nomine ipſius,* Et, c *Nolite amittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem.* Atq; ideo bene operantibus vſque in finem, & in Deo ſperantibus, proponẽda eſt vita æterna, & tanquam gratia filijs Dei per Chriſtũ Ieſum miſericorditer promiſſa, & tanquam merces ex ipſius Dei promiſsiõe, bonis ipſorum operibus & meritis fideliter reddenda. Hęc eſt .n.

Cap. 16. ſeſſ. 6.

a 1. Corin. 15. g

b Heb. 6. b

c Heb. 10. g

illa corona iuſtitię, quam poſt ſu-
um certamen & curſum repoſitã
d 2. Tim. 4.b tibi eſſe aiebat d Apoſtolus, à iu-
ſto iudice ſibi reddendam: & nõ
ſolùm ſibi, ſed & omnibus qui di-
ligunt aduentum eius. Cùm enim
ille ipſe Chriſtus Ieſus tanquã ca-
put in membra, & tanquam vitis
in palmites, in ipſos iuſtificatos
iugiter virtutem influat, quę vir-
tus bona eorum opera ſemper
antecedit, comitatur, & ſubſequi
tur, & ſine qua nullo pacto Deo
grata & meritoria eſſe poſsẽt: ni
hil ipſis iuſtificatis amplius deeſſe
credendum eſt, quò minus plenè
e Ioan. 3. c illis quidẽ operibus, quę e in Deo
ſunt facta, diuinæ legi pro huius
vitæ ſtatu ſatisfeciſſe, & vitam æ-
ternam ſuo etiam tempore, ſi ta-
men in gratia deceſſerint, conſe-
quendã, verè promeruiſſe cenſe-
antur, cùm Chriſtus Saluator no-
f Ioan. 4. b ſter dicat: f *Si quis biberit ex aqua
quã ego eo dabo ei, non ſitiet in æter-
num,*

num, ſed fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitā æternam Itaq; neq; propria noſtra iuſtitia, tanquam ex nobis ꝓpria, ſtatuitur, neq; ignoratur, aut repudiatur iuſtitia Dei. Quæ enim iuſtitia noſtra dicitur, quia ꝑ eā nobis inhærētē iuſtificamur, illa eadē dei eſt, quia à Deo nobis infunditur per Chriſti meritum.

Neq; verò illud omittendū eſt, quòd licet bonis operibus in ſacris literis vſq; adeò tribuatur, vt etiā qui [a] vni ex minimis ſuis potū aquę frigidę dederit, ꝓmittat Chriſtus eū nō eſſe ſua mercede cariturū, & [b] apoſtolus teſtetur, id quod in ꝓſenti eſt momētaneum, & leue tribulatiōis noſtrę, ſupra modū in ſublimitate æternū glorię pōdus operari in nobis: abſit tamē vt chriſtianus homo in ſe ipſo vel cōfidat, vel glorietur, & nō in Domino, cuiꝰ tāta eſt erga oēs homines bonitas, vt eorū velit eſſe merita, q̄ ſunt ipſius dona.

[a] Mat. 10.

[b] 2. Cor. 4. d

Et

Et quia c in multis offendimus omnes, vnuſquiſque ſicut miſericordiam & bonitatem, ita ſeueritatem, & iudiciũ ante oculos habere debet: neq; ſeipſum aliquis, etiamſi d nihil ſibi conſcius fuerit, iudicare: quoniam omnis hominum vita, non humano iudicio examinanda & iudicanda eſt, ſed Dei e qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit cõſilia cordium: & tunc laus erit vnicuique à Deo, qui vt ſcriptum eſt: f *Reddet vnicuique ſecundum opera ſua.*

a Iaco.3.a
d 1.Corin. 4.a
e Ibidem.
f Mat.16.d Rom.2.a Pſalm.61.b

(.·.)

INDEX TOTIVS CATECHISMI ORdinem & ſummam complectens indicans controuerſias, quæ in hoc libro per antiquorū Patrum & ſcripturæ ſacræ teſtimonia deducuntur.

CHriſtiana doctrina circa Sapientiam & iuſtitiam verſatur.

Ad ſapientiam, quæ ordine ſequuntur, & infra tractantur, in capita referri poſſunt.

I. De fide & ſymbolo fidei, *per quæſtiones 22. pagina 1. Vbi inter cætera etiam agitur.*

De authore ſymboli Apoſtolici, quæſtione 5.

De deſcenſu Chriſti ad inferos, quæſtione 13.

De notis Eccleſiæ quod ea ſit { *Viſibilis*, *Vna*, *Sancta*, *catholica* } *quæſtione 18.*

De

II. De Spe & Oratione Dominica, cum angelica ſalutatione, *per quæſt. 19 pag. 31. Atq; etiam*

De Spe cum timore coniungenda, quæſt. 2.

De { *Laude* / *Veneratione* / *Inuocatione* } *Beatæ Mariæ virginis, quæſt. 15. & ſequent.*

III. De charitate & mãdatis decalogi, *per quæſt. 20. pag. 52. Item*

An mandata decalogi ad Chriſtianos pertineant, quæſt. 6.

An ea impleri poſſint, quæſt. 6.

De Sanctorum { *Inuocatione* / *Cultu* / *Reliquijs* / *Ferijs* } *quæſti 8.*

De imaginibus { *Chriſti &* / *Sanctorũ* } *quæſtione 9.*

De præceptis Eccleſię, *per quæſt. 15. pag. 79 nominatim verò*

De Traditionibus apoſtolicis & eccleſiaſticis quæſt. 1. & ſequent.

De Eccleſia & eius authoritate, quæſtione 9. 10. & 16.

De Ro. Põtifice & eccleſi. Ro. quæſt. 9.
De Concilijs, quæſtione vndecima.
De authoritate Sanctorum patrum, quæſtione eadem.
De quinq; præceptis eccleſiæ, quæſt. 14.
De ſcriptura ſacra & eius interpreta- tione quæſt 16.
IIII. De Sacramentis. *pag. 114.*
De Sacramentis in genere, *per quæſt. 8.*
De cæremonijs. quæſt. 8.
De Baptiſmi Sacramento , *per quæſt. 4. pag. 128.*
De concupiſcentia renatorũ, quæſt. 3.
De Confirmationis Sacramento, *per quæſt. 3. pag. 136.*
De Chriſmate, quæſt. 4.
De Euchariſtię Sacramento, *per quæſt 10. pag. 143.*
De veneratione, quæſt. 4.
Transſubſtantatione, quæſt. 6.
Adoratione, quæſt. 6.
De Miſſa. quæſt. 7.
De communione ſub vtraque ſpecie quæſt. 8.

De

De Pœnitentiæ Sacramento, *per quæſtiones 10. pag.172.*
De Contritione, quæſt. 4.
De Confeſſione, quæſt.5.& 6.
De Satisfactione, quæſt.7.& 8.
De Purgatorio & fidelibus defunctis, quæſt 9.
De Sacramento extremæ vnctionis, *per quæstiones 3. pag.196.*
De ordinis Sacramento, *per quæſtiones 8. pag 200.*
An omnes Chriſtiani ſint Sacerdotes, quæſtione 2.
De honorandis ſacerdotibus, ſiue bonis, ſiue malis, quæſt.6.& 7.
De Matrimonij Sacramento, *per quœſt.5. pag. 220.*
De diuortio, quœſt.3.
De votifragis, quœſt.4.
De coniugio Monachorum & Monalium, quœſt.eadem.
De cælibatu Sacerdotum, quœſt.4.et 5.
De virginitate, quœſt.5.
V De Iuſtitia Chriſtiana.
Ad iuſtitiæ priorem partem, quæ

in malis fugiendis eſt ſita, pertinent hæc:
I. De peccatis in genere, *p quæſtiones 6. pag. 236.*
II. De peccatis ſeptem capitalibus, *per quæſtiones 9. pag. 248.*
III. De peccatis alienis, culpa aliqua noſtra ad nos pertinentibus, *per quæſt. 11. pag. 261.*
IIII. De peccatis in Spiritum ſanctum, *per quæſt. 8. pag. 274.*
V. De peccatis in cęlum clamátibus, *per quæſt. 5. pag. 287.*
VI. De peccatorũ expiatione, *per quæſt. 3. pag. 295.*
De peccatis minutis ſeu venialibus, quæſt. 2. pag. 301.
Ad iuſtitiæ partem alteram, quæ in bonis faciendis aut conſectandis eſt poſita, rectè referri poſſunt.
I. Bonorum operum genera tri- plicia, *per quæſt. 18. pag. 305. Vbi etiam agitur.*
De fructu bonorum operũ, quæſt. 2.
De

De Ieiunio, quæſt. 4. & ſeq.
De oratione, quæſt. 7. & ſeq.
De Eleemoſyna & operibus miſericordia, quæſt. 10. & ſequent.
II. Virtutes Cardinales, *per quæſtiones 6. pag. 340.*
III. Dona & fruct⁹ ſpiritus ſancti, *per quæſt. 4. pag. 350.*
IIII. Octo beatitudines, *per quæſtiones 3. pag 357.*
Conſilia Euangelica, *per quæſtiones 6. pag. 361.*
De Euangelica paupertate, caſtitate, & obedientia, quæſt. 3. 4. & 5.
De Monachiſmo & religioſorum inſtituto, quæſt. 5.
VI. Quatuor hominis nouiſsima, *per quæſt. 7. pag. 376.*

Ad Chriſtianæ doctrinæ totius ſummam, vnico ceu verbo cōprehendendá, Eccleſiaſtici ſententia notatu digna eſt, qui ait: *Fili concupiſces Sapientiam, conſerua iuſtitiā, & Deus præbebit illā tibi.*

Appen-

APPENDIX DE HOMINIS LAPSV, ET IVSTIFICATIONE SECVNdum ſententiam & doctrinam Concilij Tridentini.

1. *De lapſu primi hominis.*
2. *De peccato Adam in omnes homines transfuſo.*
3. *De remedio originalis peccati.*
4. *De reliquijs originalis peccati in baptizatis.*
5. *De naturæ & legis ad iuſtificandos homines imbecillitate.*
6. *De diſpenſatione & miniſterio aduentus Chriſti.*
7. *Qui per Chriſtum iuſtificentur.*
8. *Deſcriptio iuſtificationis impij, & modo eius in ſtatu gratiæ.*
9. *De neceſſitate præparationis ad iuſtificationem in adultis, & vnde illa ſit.*
10. *Modus præparationis ad iuſtificationem quis.*
11. *Quid ſit iuſtificatio impij, & quæ eius cauſæ.*

Quo

12. *Quomodo intelligatur impium per fidem & gratis iuſtificari.*
13. *Contra inanē hæreticorū fiduciā.*
14. *De acceptæ iuſtificationis incremento.*
15. *De obſeruatione mandatorum, deq́; illius neceſsitate & poſsibilitate.*
16. *Prædeſtinationis temerariam præſumptionem cauendam eſſe.*
17. *De perſeuerantiæ munere.*
18. *De lapſis & eorum reparatione.*
19. *Quolibet mortali peccato amitti & gratiam, ſed non fidem.*
20. *De fructu iuſtificationis, hoc eſt, de merito bonorum operum, deq́; ipſius meriti ratione.*

FINIS INDICIS.

Autho-

AVTHORIS
CONFESSIO.

CONFITEOR tibi Pater, Domine cæli & terræ, creator & redemptor meus, virtus & ſalus mea, qui iam inde ab infantia me ſacro pane verbi tui paſcere, & cor meum confortare non deſijſti. Ne verò vagarer cum errantibus ouibus, quæ ſunt abſque paſtore, in domo Eccleſiæ tuæ me collegiſti, collectum educaſti, educatum conſeruaſti, & ſub illis magiſtris atque paſtoribus inſtituiſti, in quibus te præſentem audiri & vocem tuam obſeruari do-

meſticis omnibus præcepiſti. Confiteor ore ad ſalutẽ, quicquid corde ad iuſtitiam ab orthodoxis atq; Catholicis creditur. Nõ noui Lutherum, Caluinum reſpuo, hæreticis omnibus dico anathema: nihil mihi cum his commune eſſe volo, qui vnum non dicunt & ſentiunt, eandemque fidei non tenent regulam cũ vna ſancta Catholica, Apoſtolica, & Romana Eccleſia. Si quis verò Chriſtum non ſolùm in verbo ſcripto docentem, ſed in Oecumenicis etiam ſynodis iudicantem, in Petri Cathedra ſonantẽ, & in Patribus teſtificantem audit ac ſequitur, huic ego communione conſocior,

huius & fidem amplector, & religionem ſequor, & doctrinam probo. Cæterum quam alij blaſphemi contemnunt & perſequuntur Romanam Eccleſiam, ac velut Antichriſtianam execrantur, huius ego me ciuē eſſe profiteor, ab eiuſdem authoritate nec latum vnguē diſcedo: ob illius teſtimonium vitam & ſanguinem profundere non recuſo, nec alibi prorſus, quàm in eius vnitate, Chriſti Domini merita, & ſancti Spiritus dona mihi & alijs ſalutaria fore confido certoq́ue perſuaſum habeo. Cum Hieronymo liberè profiteor, Qui Petri cathedræ iungitur, meus eſt. Cum Am-

broſio, Eccleſiam Romanã in omnibus cupio ſequi: eamque Catholicæ Eccleſiæ radicem & matricem cum Cypriano reuerenter agnoſco. In ea verò fide atque doctrina conquieſco, quam puer hauſi, adoleſcens confirmaui, vir docui, atque hactenus pro mea exiguitate defendi. Cæterùm ob nullum commodum temporarium, nec in hominis cuiuſcunque gratiam, vel aduerſus conſcientiam (ſic te mihi DEVS propitium ſemper opto) doctoris Catholici partes hucuſque ſuſtineo, aut in poſterum ſuſtinebo. Quam confeſsionem non aliud ſanè à me exigit & extorquet, niſi

niſi nominis & honoris tui ratio, niſi agnitæ veritatis vis, niſi canonicæ ſcripturæ diſciplina, niſi Patrum ſenſus atque conſenſus, niſi debitum fidei apud fratres teſtimonium, ac demum niſi expectata in cælo ſalus, & propoſita ſinceris confeſſoribus beatitudo. Quod ſi propter eiuſcemodi confeſsionem contemnor, ſi oppugnor, ſi traducor, ſingularem agnoſco & prædico gratiam tuam Deus, qui partim velis me propter iuſtitiam pati, quod certè beatorum eſt, partim nolis mihi beneuolos eſſe illos, quod in magni lucri parte ponendum eſt, qui tibi amici eſſe non poſſunt, cùm Ec-

cleſię tuę & veritati Chatho
licę palàm aduerſentur.
Sed ignoſce illis, PATER,
ignoſce: quia vel neſciunt,
vel ſcire nolunt, quæ faci-
ánt, partim terri Satanæ im-
perio, partim falſæ doctrinæ
præſtigijs impediti. Hanc
verò gratiam mihi perpe-
tuò ſerues oro, vt quam ti-
bi, quam Eccleſiæ, quam ve-
ritati, ſinceram cōſtantiam
& conſtantem ſinceritatem
debeo, eam tum viuens, tū
moriens teſtatā facere non
deſiſtam, neque à charitate
tua vnquam excidam, par-
ticeps nimirum omnium
timentium te, & cuſtodien-
tium mandata tua in ſan-
cta Romana Eccleſia, cuius
[illegible] licio me ſcripta-

que

que omnia mea non minus libenter quàm reuerenter ſubijcio. Tuam porrò immenſam bonitatem pro me collaudent atque deprecẽtur ſancti omnes, ſiue quos in cælo triumphans, ſiue quos militans in terris Eccleſia vno & indiſſolubili Catholicę pacis vinculo firmiſsimè coniungit atque comprehendit. Tu & principium & finis es mihi bonorum omnium: tibi ex me, per me, & de me ſit laus, honor & gloria ſempiterna.

CARMEN DE PRAECIPVIS HVIVS CATEchiſmi partibus, in gratiam ſtudioſorum adiectum.

Quis verè Chriſti cenſendus nomine dignus?
Hic cui iuſtitia eſt, ſimul & ſapientia cordi.
Quis ſapiens? rectè qui credit, ſperat, amatq́ꝫ.
Quis iuſtus? mala qui fugiens bona queq́ꝫ capeßit.
Quæ bona? dum refouet miſeros, ieiunat & orat:
Nec ſe, nec quenquam, nec Chriſtum fraudat in vllo.
Cuínam recta fides? qui firmiter omnia credit.
Quæ credenda iubet Deus, atque Eccleſia dictat.
Quis ſperare poteſt, quæ ſacra volumina tractant?
Qui violare timet caſtißima iußa Tonantis.

Et quis amat? niſi qui Chriſtum ſuper omnia quærit?

Et quemcunque hominem puro ſibi ſibi iungit amore.

Sacramenta quidem ſeu ſeptem pharmaca mentis.

Inſtituit Chriſtus, per quæ ſua munera confert.

Baptiſmus ſcelus omne piat pœnaſq́ remittit.

Chriſmate firmantur nati teneriq́ tyrones.

Nos ſacra mortales reficit paſcitq́ Synaxis.

Lapſos reſtituit Confeſſio ritè peracta.

Vnctio poſtrema ægrotos ſolatur & armat.

Ordo ſacerdotes ſtatuit, qui ſacra miniſtrent.

Coniugium Chriſto populum conſeruat & armat.

Munia Chriſticolæ duo ſunt: vt crimina vitet.

Secteturq́ bonum, dum vita poſtulat vſus.

Cui mens fixa Deo, ſubit & [illegible]cordia virtus.

Et

Et quantum potis eſt vitam ſine cri
mine ducit.
Catholicamq́; fidem qui ſemper vbi
que tuetur.
Et fugit hæreſeos toto contagia cord
Hic quatuor voluit repetitq́; nouiſſi
ma mente.
Cunctaq́; perpendit quæ continet iſ
libellus.
Hic bene ſuccedet cæleſtis ſedibus aula
Sin minus, haud vnquam poterit ſpe
rare ſalutem.

Laus æterna Deo, perpetuumq́; decus.

IESV CHRISTO Crucifixo, qui author atque conſummator eſt ſapientiæ iuſtitiæque noſtrę, GLORIA SEMPITERNA.